UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Non numerata pecunia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Et predicta intelligit Jo. And. etiam ſi iurauerit, ſed do. Ant. in d.
c. cum cõtingat. dicit quod ſi interueniat iuramentū tamen preſu-
mitur certioratio, vide Bar. in l. ſi quis pro eo. in v. mēbro, de fide-
iuſ. ¶ Adde quod Bal. fere in omnib. ſuis conſilijs, vbi de hoc lo-
quitur, tenet ꝙ requirat certioratio, de quo vide in aut. ſacramēta
puberū. §. ſi aduer. ven. IOAN. FRANC. RVER. ADDE
Abb. in c. ſi diligenti. de fo. cõpe. ⁊ Ale. in l. ſciendum. ſ. de ver. obli.
c POMA. ¶ Ipſo iure. Vide Pan. conſi. xliiij. in prin. vol. j. ⁊ Bal.
cxciij. in v. parte. Soc. lxviij. in verſi. probatur autem.
b P. PAV. P. ¶ Subſcriptione. Sed hodie non requirit talis ſub-
ſcriptio teſtiū propter generalē conſuetudinē que habet quod in
talib. inſtrumentis non ponuntur niſi duo teſtes, ex quo talis con-
ſuetudo eſt notoria nõ eſt quod probetur ſed ſufficit eam allegare.
Iſta tria ſingulariter dicit Bal. in l. j. ante finē in verſi. ſed hic que-
ro, ſ. eo. Et primū ſequitur etiā Paul. de Caſt. in lege antique. poſt
mediū. ſ. eo. An autē poſſit renuntiari beneficio dictarū conſtitu-
tionum cum iuramento. Bald. in l. decurionatus. C. de decur. lib. x.
tenet quod non, ſed Paul. de Caſt. in iſtis legib. tenet contrarium.
c ALEX. ¶ ff. de minori. Per Angel. ⁊ Imol. in l. in repudianda.
ff. de acquir. here.

ALIA LECTVRA.

GEneraliter. Mulier intercedēs pro do-
te, non iuuatur velleia. h. d.
4 † Querit gl. quot ſunt caſus, in quib. Velleianū ceſſat.
Dic vt in ea. inter ceteros caſus gl. ponit vnū ſi renun-
tiaret Velleiano. Breuiter veritas eſt iſta, quandoq; mulier inter-
cedit pro viro, tūc renūtiatio Velleiani nil releuat quare ipſo iure
eſt tuta, vt in aut. ſi qua mulier. ſ. eo. l. antique. in fi. ſ. eo. ¶ Aut in-
tercedit pro alio, ⁊ per publicum inſtrumentū, ⁊ tunc renuntiatio
valeret ſecundū gl. nec auderem dicere contrariū propter conſue-
tudinem. De iure tamen videtur diſtingui. Aut renuntiat corā iu-
a dice, ⁊ valet[a], vt l. fi. §. pe. ff. e. Aut extra iudiciū, ⁊ tunc aut ex inter-
uallo poſt bienniū, ⁊ valet, vt in l. ſi qua mulier. ſ. e. Aut in ipſo in-
ſtrumento, vel intra bienniū, ⁊ tunc renuntiatio non valet, quia ea
facilitate, qua intercedit ea. renūtiat, vt ſ. eo. l. ſi qua mulier, ⁊ l. doli
exceptio. ver. diuerſum. de noua. Facit ꝙ no. in ſimili. ſ. de in integ.
reſtit. l. ſi intra. ⁊ ff. de mino. l. ſi iudex circunuento, ⁊ hoc in muliere,
creditorem autem inquantū velleia. facit pro eo. ꝙ inſtituit, vel re-
ſtituit, puto poſſe renūtiare indiſtincte per clauſulam generalem.
5 l. ſi quis in conſcribendo. ſ. de pact. Dicit † tamen gl. in l. fi. §. pen.
b ff. eo. ꝙ intelligitur ꝙ mulier debet certiorari[b], quia renuntiare nõ
poteſt ei ꝙ ſibi competere ignorat, vt l. mater. de inoffic. teſta. ſed
quero, quid ſi in vno inſtrumento fuit certiorata poſtea in alijs
non, an ſufficiat precedens certioratio, videtur quod ſic, arg. l. item
veniunt. §. a quo. ff. de pet. here. ⁊ de vſu. l. ſi quis ſtip. in fi.

ADDITIONES.

a ¶ Valet. Adde quod contra hoc dictum videtur tenere Are. in c.
ſi diligenti. extra de fo. compe. quem vide per te.
b ¶ Certiorari. Adde quod quando interuenit iuramentum preſu-
mitur certiorata. Ita Archi. in c. ij. de iureiur. lib. vj. refert ⁊ ſequi-
tur dom. Franciſ. de Aret. in d. c. ſi diligenti. ſ. in alia apoſtil. dedu-
cto. de foro compet.

---

a De non numerata pecunia[a]. Rubr. XXX.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Pecunia. Circa materiam huius exceptionis, an
intra biennium ſit orta naturalis, ⁊ ciuilis, an ciuilis ſola, ⁊ an de
iure canonico idem ſit quod de iure ciuili, vt ſolū poſſit intra bien-
nium opponi, vide Iaſ. late in l. cum quis. C. de iur. ⁊ fact. ignoran.
Itē not. quod de equitate canonica iſta exceptio poteſt perpetuo
opponi. Dy. in c. locupletari. de reg. iur. in vj. Inno. in c. quia pleri-
que. de immu. ecc. Ang. conſi. lvj. ⁊ Ro. conſi. lxv. alias xliiij. melius
Ang. conſi. cxlix. incip. do. Ang. ⁊ conſi. cl. Bolog. in addi. ad conſi.
xcvij. Joan. de Ana. Item circa iſtam materiā, ſi confiterer me ha-
buiſſe ⁊ habere a Titio centum mutuo propter verbum habuiſſe,
an poſſit oppo. exceptio non nu. pec. vide Ro. ſing. dclxviij. incip. tu
ſcis quod cõfeſſioni. Item an poſſit renuntiari huic exceptioni vi-
de Bar. ⁊ quod ibi addidi. in l. ſi ex cautione. in fi. ſ. eo. Item quod
iſta exceptio non nu. pec. non habeat locum niſi in contractu mu-
tui, ⁊ dotis, vide Alex. conſil. cccxxxiij. Item quod poſt biennium
creditor agere poſſit ex capite vere numerationis vide do. Franci.
Cur. conſi. lxxxvj. Not. tamen quod ſi poſt biennium debitor vellet
aſſumere in ſe onus probandi pec. non fuiſſe nu. debet admitti Gl.
eſt Inſtit. de liter. obli. in prin. in ver. obligetur, ⁊ Ang. circa fi. Bal.
in l. illicitas. per illum tex. ff. de offic. preſi. ⁊ licet ipſe Bal. in l. ſi non
ſingulari. in ij. opp. C. ſi cer. pet. videatur velle cõtrarium, ⁊ in l. ſub
ſpecie. C. de poſitu. tamen non eſt ſibi contrarius prout ipſemet ſe
declarat in l. j. C. de confeſ. eandem ſententiam ſentit Bart. in d. l. ſi
ex cautione. in diſcurſu. Pan. in c. ſi cautio, ⁊ clarius. in c. fi. de ſolu-
tio, in vltima queſtione. Ang. conſi. cl. alias. cxlviij. incip. do. Angel.
Ro. conſil. xliiij. incip. ex ſ. narrato themate. Et predictam concor-
diam Bal. ponit Bolog. in addit. ad conſi. do. Jo. Ana. conſ. xcvij.
incip. iudicio meo preſens conſultatio, ⁊ illam negatiuā pecuniam
non fuiſſe numeratam poterit probare duob. mod. primo ſi probe-
tur tempore cõtractus non fuiſſe pec. nu. ꝙ illa confeſſio habuiſſe,
⁊ recepiſſe intelligitur tempore contractus, alias ſequeretur ꝙ d.
nega. nūquam poſſet probari, cum non ſit coarctata. Doctrina eſt
Bart. in l. certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi cer. pet. ⁊ in l. ita ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. de verb. obli. ⁊ in l. poſt dotem. in j. q. ſol. mat.
Secundus modus eſt per confeſſionem partis. ſecundum glo. in l.
in contractib. in prin. ſ. eo. Pan. in d. c. ſi cautio. in vlti. opp. Ang. in
d. conſil. cl. Item ad idem ꝙ lapſo biennio poſſit debitor confeſſus
aſſumere in ſe onus probandi, vide Alex. conſi. cccj. Item limitatio
iſta exceptione non numerate pecunie in mutuo, ⁊ in alijs contra-
ctibus. ⁊ ꝙ lapſo biennio poſſit ſuccurrere debitori, ⁊ plura nota-
bilia, vide per Feli. in d. c. ſi cautio. de fi. inſtru. vbi ponit ſex limita-
tiones ad regulam huius tituli. Item quomodo poſt bienniū poſ-
ſit opponi, vide Bolog. in additionib. cõſi. xcvij. Jo. de Ana. Item
quid ſi fieret cõfeſſio ex cauſa mutui iam facti aliquo certo tēpore
elapſo, vide Soc. no. in l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. pet. Barb. in c. [illegible]
tra de ſolutio. an poſt biennium poſſit opponi exceptio doli, ⁊ qui-
dam alia ibi in materia. Item quod in duob. caſib. poſſit per[illegible]
opponi, vide Soci. in l. qui pecuniam. in j. notab. ff. ſi cert. pe[illegible]
de regula ſex limitationes vide per Iaſ. in d. l. qui pecuniā. [illegible]
per eundem in l. ij. §. fi. eo. tit. ⁊ in d. l. qui pecuniam. ponit etia[m]
exceptio competit, quando cõfeſſio fuit ſine ſcriptis, ⁊ quando
tra confeſſionē adeſt promiſſio. Item inquātum Iaſ. in d. l. qui pe-
cuniā. ponit illam limitationē quando confeſſio eſt geminata, v[ide]
etiam Abb. in d. c. ſi cautio. ad fi. licet Fel. ibi videatur impugnare,
⁊ contrariū tenet Pet. de Bella per. ⁊ videtur tranſire Sali. in d. l.
in contractib. §. ſed quoniam. ſ. iſto titulo vbi gl. tenet iſtam fallen-
tiam. Et cum ea tenet Bal. ⁊ tranſeunt alij. Et dicit Sali. ꝙ iſta eſt
communis. Pau. tamen de Caſt. ibi dicit ꝙ prima ſolutio gl. ſuper
qua fundatur hec limitatio, eſt trufa, ⁊ aliter intelligit illum text.
Vide Fel. in d. c. ſi cautio. ver. fallit vltimo, qui tenet predictam fal-
ſitatem. licet poſtea. ſ. in materia exceptionis non numerate pecu-
nie, in v. fallētia, videatur impugnare, ⁊ cū predicta fallentia, vide-
tur tenere Alex. in l. ſi duo patroni. §. Marcellus. poſt principiū.
ff. de iureiur. Cur. in verbo, geminato. in repertorio ſuo, vide ad in-
tellectum. d. l. in contractib. ⁊ dictas limitationes Soc. in l. j. ff. ſolu.
mat. Item dictam limitationē tenet etiam Are. poſt Ro. in l. gerit.
de acqui. her. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. Item quod exce-
ptio non nu. pec. poſſit opponi poſt concluſionē in cauſa, vide per
Bal. de Vbal. in tract. de pac. vbi etiam alia in materia. An [illegible]
poſt biennium ſuccurratur per iudicis officium, vide Curt. in ſin-
gularibus, nu. xxix. cum recollectis ſuis ſuper j. Codicis.

LEX I.

SI pecuniam. Etiam ſi incidenter [illegible]
ritur de debito, cre[ditori]
incumbit onus probādi pecuniam numeratam. [illegible]
Prima loquitur quādo agitur pignoratitia per [de]
bitorem contra creditorē. Secunda loquitur qua[n]
do agitur hypothecaria per creditorem contra de-
bitorem. Secunda ibi, eademque. Item prima ſubdiuiditur, qu[ia]
prima loquitur quid habet facere actor tam in formando petitio-
nem quā in probando. Secunda loquitur quid habet facere re[us]
tam in formando petitionem, quam etiam in probando. Secunda
ibi, nam intentio. Iſtam leg. habetis de verbo ad verbum. ſ. ſi p[ig.]
com. nu. ſecu. non fue. l. j. ¶ Quero qua actione agebatur hic, [d]
vt in gl. ſcilicet pignoratitia propter rem. ¶ Quero quid ſi agat[ur]
actio. in rem an poſſit obijci exceptio dominij? gl. tangit hic, ⁊ [de]
pig. actio. l. nec creditor. ⁊ ff. commo. l. ita vt ſi fur.

ALIA LECTVRA.

SI pecuniam. Siue incidenter, ſiue pri[n]-
cipaliter, queratur de de-
bito, debet probare pecuniā numeratā creditor. Prima
loquitur quando agitur pignoratitia contra creditorem.
Secundo quando creditor agit hypothecaria contra debitorem
vel in rem. Secunda ibi, eademq;. Item prima ſubdiuiditur, quia
prima loquitur qualiter debeat formari libellus, ⁊ quid ſit proban-
dum ex parte rei de pignore excipiente, ſecunda ibi, nam inten[tio].
In terminis pone caſum in debitore agente pignoratitia, [qui de-]
bet in libello narrare ſe promiſiſſe Titio centū, ſub ſpe futur[e nu-]
merationis, ⁊ numerationē ſecutā non eſſe, ⁊ ſe ob hoc pignus tra-
didiſſe, ꝙ petit ſibi reſtitui, ⁊ ſi querat quid debet ꝓbare iſte actor,
reſpõdetur quod ſufficit ſi probet ſe pignus tradidiſſe. h. d. prima.
§. Nam intentio. In quo ſic forma caſum. [illegible]
ſtat querens, ſi ſolum pignus
datum probabo, creditor obtinebit illud tāquam ſibi obligatum.
Reſpond[etur]

Reſpondet Imperator,ſi creditor vult excipere, debet narrare rē
ſibi obligatā pro certa pecunia, ⁊ pecuniam nō eſſe redditam, ⁊ de
iſtis duob⁹ debet probare primū,ſcilicet pecuniā,pro qua pignus
fuit tranſcriptū numeratā eſſe,quod ſi non probet,ſuccūberet.h.d.
expone ibi,dum dicit intentio,id eſt,exceptio creditoris conuenti
in quo duo intendit.ſ.pignus datū pro pecunia,⁊ pecuniā nō red-
ditam,⁊ expone tenebit,id eſt,naturaliter habebit effectū ad expel
lendum agentē. ¶ Sequitur ſecunda pars,⁊ iſta eſt clara. ¶ Not.
quod pignoratitia † non ſolum habet locū pecunia ſoluta, ſed etiā
oppoſita quacūqꝫ exceptione peremptoria. ¶ Alia notabilia pa-
tent ex ſummario,⁊ caſu in terminis. Ad iſtam oppo,dicitur hic,ꝙ
agit in rem,ſed ille,qui agit in rem,debet probare ſe dominū, vt l.in
rem.ff.de rei ven.hic dicitur contrarium,quare male,Solu. Huius
timore hec lex legitur duo.mo. Primo ꝙ agebatur pignoratitia,⁊
tunc expone text.qui dicit,in rem,id eſt,pignoratitia propter rem,
ex qua lec.no.ꝙ modo dixi,quod ſi quis aſſerat ſe habere aliquam
exceptionem peremptoriam, habet pignoratitiam, vnde filiuſfa.⁊
mulier poſſunt agere pignoratitia dicēdo ſe dediſſe pignus ꝑpter
pecuniam,ad cuius petitionē poterant ſe tueri per Macedonia-
num vel Velleianum. ¶ Secundo modo legitur hic,quod agatur
in rem. Ad contrariū reſpondebant quidam,quod hic non poteſt
referre queſtionē dominij, qꝛ habet cauſam ab actore, hec non eſt
vera,vt habuiſtis not.ſ.de pig.act.l.nec creditores.plene.ff.cōmo.
l.ita vt ſi fur. Unde alij dicūt,ꝙ hic creditor nō referebat queſtionē
de dominio,ſed ſolū de pignore,⁊ iſta poteſt eſſe bona. Ex qua no.
1 quod † actor in libello poteſt ſuo nomine facere mentionē de exce-
ptione aduerſarij,⁊ replicatione ſua,nam ſecundū hoc hic agebat
rei vēdicatione dicens ſe dominū,⁊ ſi creditor opponeret de re pi-
gnorata, cautionē fruſtra emiſſam, qꝛ pecunia numerata non fuit,
hoc totum ponitur in libello,vt in prin.huius l.dicitur. ¶ Opp.ſi
probat pignus datum,ergo nō poteſt recuperare,niſi ſoluat? Re-
ſpon.gl.probet pignus datum pro pecunia, quā dicit indebitā,qꝛ
numerata nō fuit. Simile vidiſtis in l.nec creditores.ſ.de pig.act.

LEX II.

Minorem. Exceptio non numerate pecunie,po-
teſt obijci in toto,vel in parte,hoc di-
cit. ¶ Oppo.hic innuit, quod ille qui excipit, probet non
numeratam pecuniam.Contra ī.eod.l.proxi.⁊ l.aſſeueratio.Solu.
vt in gloſſ.⁊ tene illam quod hoc probatur eo ipſo,quod non pro-
batur contrarium.

ALIA LECTVRA.

Minorem. Exceptio non numerate pecunie po-
teſt opponi etiam pro parte. ¶ Opp.
hic innuit, ꝙ ille qui dicit non numeratā pecuniam, debet
probare,contra ī.l.proxi. Sol. Dicunt quidam,ibi negabatur to-
tum,hic pars,vnde ratione partis preſumitur totum debitum,niſi
contrarium probetur. Facit ff.de prob.l.cum de indebito. Iſta nō
eſt vera,vt dicam in l.cum fidem.ī.eo.ſed poſito ꝙ ſit vera,qualiter
probabitur iſta negatiua,dicit gl.per cōfeſſionem,item per nume-
rationes diuerſis temporib.factas. Iſta duo intellige coniunctim.
Primo oportet,ꝙ actor cōfiteatur ipſum non numeraſſe pecuniā
verbis,probet reus per teſtes,ꝙ prima vice fuit tantū,ſecūda tan-
tum,⁊ ſic nō aſcendebat totā ſummā. Aduerte ad illud ꝙ gl.dicit
per cōfeſſiones,⁊ no.ad illud ꝙ dicā ī.l.proxi. Alia ſol.eſt quod hic
probat non numeratam eo ipſo ꝙ non probatur contrariū, vt ſit
idē iuris de parte,ꝙ de toto.l.que de tota.de rei ven.⁊ iſta eſt vera.

LEX III.

☞ Per inſtrumentum,quando probetur pecuniam fuiſſe nume-
ratam,⁊ nume.9.
4 Exceptioni nō numerate pecunie an poſſit quis renūtiare,⁊ nu.11.
5 In obligatione contracta literis intra biennium, non eſt nata ci-
uilis obligatio,tamen preſumitur nata,⁊ nu.6.
8 Pactum legis commiſſorie in pignoribus ab initio non valet, ex
poſtfacto ſi fiat,valet.
22 Pecuniam non fuiſſe numeratam,quomodo probabitur.

a **Sercautione.** [a] Hec lex conſueuit eſſe cla-
uis totius materie, ⁊ ideo
intendo vobis illam bene legere. Si contra creditorē agen
tem opponatur exceptio nō numerate pecunie,creditor debet nu-
* merationem probare,alias reus abſoluitur*.h.d. ¶ Oppo.de l.in
contractibus.ī.eo.Sol.intellige hanc l.ſecundum illam.ſ.quod in-
tra biennium obijciatur exceptio. ¶ Secundo oppo.a diuiſione.
Aut tu intelligis hanc l.in inſtrumento publico,⁊ tunc numeratio
videtur probata per illud, quia ei ſtatur, donec probetur contra-
rium,vt ſ.de proba.l.cum precib.⁊ ſ.ti.j.l.antique.in prin. Aut in-
telligis de priuato,⁊ tunc aut inſtrumentū priuatū non eſt ſubſcri-
ptum a teſtib⁹,⁊ nullam facit fidem,vnde non eſt opus exceptione
non numerate pecunie, vt ſ.de prob.l.inſtrumēta. Aut eſt ſubſcri-
ptum ⁊ approbatū, ⁊ tunc eſt idē quod in publico, vt l.ſcripturas.
ī.qui po.in pig.hab. Quid dicemus? Sol.dico ꝙ hoc pōt intelligi
in inſtrumento publico.dicit gl.in quo continetur quod talis con-
b feſſus eſt ſe recepiſſe pecuniā [b]. non autē dicit quod recepit,⁊ ideo
per inſtrumentū tale non probatur numeratio, ſed confeſſio quod
c ſatis placet,⁊ eſt verū. Tu aduerte [c] ꝙ verba inſtrumēti *, in quo
* cōtinetur pecuniā numeratā eſſe, debet hoc importare de neceſſi-
tate, alias nō probaretur hec,cum probatio debeat de neceſſitate
cōcludere,vt l.neqꝫ natales.ſ.de prob.⁊ l.nō nudis.⁊ ibi no.ī.vnde
cog.l.non hoc. Si ergo notarius dicit, Titius fuit cōfeſſus ſe ha-
buiſſe,⁊ recepiſſe decē,que in veritate habuit,⁊ recepit in preſentia
mei notarij,⁊ teſtium, ⁊ tunc inſtrumentū concludit de neceſſitate.
Sed ſi dicat notarius ſic. Titius cōfeſſus fuit habuiſſe,⁊ recepiſſe
centū,que habuit,⁊ recepit,nec additur,in preſentia mei notarij,⁊
teſtiū,tunc hoc inſtrumentū de neceſſitate non cōcluderet nume-
d rationem. Nam totū illud poteſt eſſe de confeſſione [d] partis,que di-
cit,cōfiteor me habuiſſe ⁊ recepiſſe centū,que habui ⁊ recepi.nota-
rius hoc ſcribens ſcripſit in tertia perſona illud,quod ipſe dixit in
* prima perſona,⁊ ſic notarius nō teſtificatur de numeratione *, ſed
de cōfeſſione illius,ſed ſi inſtrumentū diceret ſic,quod fuit cōfeſſus
ſe habuiſſe,⁊ recepiſſe decē, ⁊ habuit ⁊ recepit in preſentia mei no-
tarij,⁊ teſtium infraſcriptorum, tunc illud inſtrumentum de neceſ-
ſitate numerationē cōcludit, nec illa verba poſſunt referri ad par-
tis confeſſionē,nam ſi debitor diceret,cōfiteor me habuiſſe, ⁊ rece-
piſſe,⁊ habui ⁊ recepi.notarius deberet dicere, fuit cōfeſſus ſe ha-
buiſſe ⁊ recepiſſe,⁊ dixit quod habuit ⁊ recepit,alias illud habuit,
⁊ recepit,nō poteſt referri ad iſtud participiū confeſſus,ſecundum
naturam recti ſermonis, ⁊ grammatice, vt l.Plautius.ff.de aur.⁊
arg.leg. Item poteſt intelligi hec lex in inſtrumento priuato, tunc
ſiue in eo dicatur fuit confeſſus ſe habuiſſe,⁊ recepiſſe,ſeu in eo di-
catur quod habuit ⁊ recepit. poteſt obijci exceptio non numerate
pecunie,quia totum illud eſt confeſſio partis, ⁊ non eſt teſtificatio
alterius. Iſtud videtur hic ſentire glo.⁊ in l.ſi non ſinguli.ſ.ſi cert.
2 pet.⁊ ī.de dote cau.non nu.l.fi.in prin. ¶ Et per hoc dico. † ſi in in-
ſtrumento cōtinetur, talis non ſpe future numerationis, fuit con-
feſſus, ⁊c. ꝙ per illa verba non impeditur opponere exceptionem
* nō numerate pecunie*, nam verba quecunqꝫ proferantur ab ipſo
debitore tempore contractus,non habent eum impedire,vt patet
ex predictis. Ut ergo impediret dicta exceptio, eſſet neceſſe quod
appareret quod fuerit alia cauſa. propter quam ipſe fuit cōfeſſus,
3 vt videbitis ī.eo.l.generaliter. ¶ † Quero,vtrū ad hoc vt habeat
locum exceptio non numerate pecunie,ſit neceſſe quod celebretur
e in ſcriptis [e] inſtrumentum? Gl.videtur velle quod ſic.ſ.ſi cert.pet.
l.ſi non ſinguli.ff.ſi cert.pet.l.qui pecuniam.⁊ ibi per Gul.contra-
rium videtur velle.ſ.de teſt.aut.rogati.⁊ iſtam puto veram. Quo-
cunqꝫ ergo modo quis cōfiteatur,ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis,
habet hec exceptio locū,vt ī.eo.l.cum vltra. Et ſic intelligatur etiā
4 l.in contractib.ī.eo. ¶ Redeo ad gl.⁊ quero † vtrum poſſit renun-
f tiari exceptioni [f] non numerate pecunie. Gl.dicit quod ſic,quantū
ad hoc quod per oppoſitionem dicte exceptionis non grauabitur
actor in onere probandi, ſed ſi vult reus in ſe ſubire onus probādi
pecuniam non eſſe numeratam, poteſt opponere exceptionē doli,
vel in factum,ſicut dicimus poſt biennium,vt ſ.de condi.ob turp.
cau.l.j.⁊ ī.eod.l.in contractib.do.Nico.de Mata.diſputauit iſtam
5 queſtionem,⁊ inter cetera dicit ipſe. Quādoqꝫ obligatio † eſt con-
tracta literis,⁊ tunc intra biennium non eſt nata ciuilis obligatio,
ſecundum opi.gl.noſtrorum,⁊ habuiſtis no.in l.cum quis.ſ.de iur.
⁊ fac.igno.ergo non eſt nata actio,que oritur ex obligatione ciuili,
⁊ naturali,vt Inſtitut.de oblig.in princ.l.licet.§.ea obligatio.ff.de
procur. Si autē actio non eſt nata,renuntiatio iſta non eſt modus
inducende obligationis,vel producēde actionis,ergo talis renun-
tiatio nihil operatur. Idem ſi obligatio eſſet contracta verbis per
g ſtipulationem.arg.ī.eo.l.cum vltra. Sed ſi aliquis ageret [g] ex obli-
gatione cōtracta re per numerationem, ⁊ ad eam probandam in-
duceret confeſſionem,tunc iſta renuntiatio poſſet aliquid operari,
ſecundum gl. Ita dicit do.Nico. Hec opi.non placet,quia licet in-
6 tra biennium nō ſit nata ciuilis, in veritate † tamen nata preſumi-
tur, donec opponatur exceptio, ideo hec lex requirit quod oppo-
natur exceptio, vt inſtit.de excep.per totū. Si enim actio non eſſet
nata,exceptioni non eſſet locus, ⁊ ideo puto ſecundum quod doc.
noſtri dicunt quod huic exceptioni non poſſit renuntiari.eadem
enim fragilitate qua inducitur ad promittendū,eadem fragilitate
7 inducitur ad renuntiandum. Tanta † eſt enim fragilitas debitoris
querentis pecuniam quod facit inſtrumentum creditori qualiter
vult ergo,⁊c.arg.l.ſi mulier.ſ.tit.j.⁊ l.doli exceptio.§.diuerſum.de
noua. Ad idem facit ī.de pac.pig.l.ſi.non obſt.ī.l.proxi.quia ibi ex
poſt facto videtur approbare cōtractum,⁊ renuntiare exceptioni,
ſed in ipſo contractu non poſſet,vt dixi. Simile videmus in pacto
8 l.commiſſorie in pignoribus † quod ab ipſo initio nō valet,ſed va-
let,ſi fieret ex poſtfacto, vt l.Titius.ff.de pign.act.⁊ dixi plene in l.
quamuis.ff.de ſol. ¶ Quero,⁊ reuoco in dubiū vtrum renuntiādo
huic exceptioni,⁊ iurādo,ſibi preiudicet,⁊ dicam vobis ī.eo.l.ſi.⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Si ex cautione. Et circa materiā huius leg. vide Aug.
in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de ver. obli. ꝛ que no. Bart. ꝛ
Imo. in l. ſi debitorem. ff. de noua. ꝛ quod no. Bal. in l. fi. C. commu.
vtri. iudi. ꝛ Bar. in l. poſt dotem. ſol. ma. in ver. ex predictis. ¶Ad-
uerte, quod Bar. allegatur ſibi contrarius in hac l. ſi ex cautione.
Sed pro ſaluando Barto. dic vt in concordantia, quam poſui in l.
predia. ff. de acq. poſſ.

* CLAV. DE SEISS. ¶Reus abſoluitur. Aduerte, quia iſtud
non procedit, quando talis confeſſio fieret ex cauſa tranſactionis,
vt per Bal. in l. intereſt. j. de ſolutio. ſequitur Alex. in l. tranſactio.
ſ. de tranſact.

b ALEX. ¶Recepiſſe pecuniam. An ſi maritus confeſſus ſit do-
tem, vel mutuum recepiſſe, heres eius poſſit opponere exceptionē
non numerate pecunie, dic quod nō. Ita dixit gl. ſing. in l. j. de fal.
cau. adie. le. ſecundum Bal. in c. j. de pa. conſtan. in ver. vaſallus. el
j. ꝛ fi. per Bal. in l. fi. j. eo. ꝛ quod ipſe no. in l. generaliter. in v. q. j. eo.
poſt antiquos. item hunc titulum elegantiſſimis dictis limita, de
quib. vide Lu. Ro. in l. ſi mādato. cum ſeq. de fideiuſ. Et an locum
habeat hec exceptio in alio contractu quam in mutuo. Bal. Cy. ꝛ
Jac. de Are. in l. ſi ex pretio. ſ. ſi cer. pet. quod ſic. Tu vero vide gl.
hic, ꝛ Bal. in iij. op. in l. generaliter. ꝛ in prima op. ſ. eo. ꝛ gl. ꝛ Bal.
in l. in contractib. in prin. j. e. ꝛ in §. j. in ver. ꝛ not. Sed an contra in-
ſtrumentum guarentigie poſſit opponi exceptio non nume. pecu.
vide Bal. in addi. Spe. in tit. de exec. ſent. ꝛ quod no. Bar. ꝛ Bal.
in l. ſi ſub ſpecie. ſ. de poſtu. ꝛ melius Bald. in l. ſi ob cauſam. C. de
execu. rei iud. ꝛ in l. in contractibus. in princ. j. eo. ꝛ ibi etiam quid
ſi factum fuit preceptum in confeſſum. Bal. in l. pecu. j. de ſol. Et li
bellum in hac materia vide per Bal. in l. j. C. de condi. ob tur. cauſ.
vbi dicit duo debere narrari ſcilicet pecuniam non numeratam, ꝛ
confeſſionem factam ſub ſpe future numerationis, ꝛ caue qd quā-
do preceſſit ſtipulatio, ꝛ ex ea agitur iure communi, non competit
exceptio non nume. pecu. ſed exceptio in factum. l. cum vltra. ꝛ ibi
Bal. j. eo. ꝛ Bar. in l. ij. §. fi. ſi cer. pet.

c ALEX. ¶Tu aduerte. Itē vide Bar. in l. predia. ff. de acq. poſ.
qui videtur dicere cōtra iſta, ꝛ quod no. Bal. in l. ſi abſentis. in iiij.
q. ſi cer. pe. Bal. hic, in iij. q. ꝛ ad no. hic per Bar. vide per eundem
in l. ſi non ſinguli. ꝛ Bal. per illam gl. in l. ſi ex pretio. ſ. ſi cert. pet. ꝛ
quod no. in l. ſi ex plurib. cum gl. de ſol. ideo dicit Inn. in c. fraterni
tatis. circa prin. de frigi. ꝛ maleſi. quod non debet deponere tantū
in inſtrumento. ꝛ quod vidit, ꝛ nouit, ꝛ dicit Bal. in auth. ſed nouo
iure. ſ. ſi cer. pe. quod ille qui confitetur inſtrumentum per viſum, ꝛ
auditum probat, ꝛ dicit Bal. per gl. j. ibi in l. fi. C. de condi. ex l. ꝙ ſi
notarius non vidit pecuniā interuenire, non tamen tenetur dicere,
talis fuit confeſſus ſub ſpe future numerationis, qꝛ ſolū debet po-
nere verba contrahentiū, non mentē. Et adde quod dixi ſecūdum
Inno. in d. c. fraternitatis. vide late per Bal. in rub. C. de fid. inſtru.
Quid ſi notarius dicit, talis fuit cōfeſſus habuiſſe a Titio nume-
rante, vide Bal. in l. j. C. de confeſ. Adde Bal. conſi. cclxxviij. lib. ij.

* CLAV. DE SEISS. ¶Verba inſtrumēti. Et debet notarius de-
ponere per ſenſum corporis ſicut teſtis. ſecundum Bal. in l. mu-
tum. in prin. ff. de acq. her. ꝛ ibi refert Alex.

d P. PAV. P. ¶Cōfeſſione. Imo vbi notarius refert verba partis,
ꝛ ipſe non atteſtatur, non probat tale inſtrumentum plus quam ſi
eſſet ſimplex ſcriptura. Vide Comen. conſ. xl. incip. cuidam filio. ad
fi. Item quod ſi notarius diceret, confeſſus eſt habuiſſe ꝛ etiā ha-
bere per hoc nō probetur numeratio. vide Cre. in ſingulari xlv. in-
cip. pone dicitur ad iſta vide Iaſ. in l. ſingula. poſt alios. ff. ſi cer. pe.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Et numeratione. Iſtud habet locum
etiam ſi iſta verba eſſent ſcripta in libro mutuantis, dato quod de-
beret illi ſtari, ita in publicis teſtimonijs conſuluit Alex. conſ. xxxv.
vo. j. in j. dub. ꝛ eſt tex. optimus in l. tutor. §. fi. ff. de vſu. ꝛ Alex. in l. ſi
ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de ver. oblig.

* CLAV. DE SEISS. ¶Non numerate pecunie. Sequitur A-
lex. in l. ij. ff. ſi cer. pe. ꝛ in l. predia. §. j. ff. de acq. her.

e ALEX. ¶Celebretur in ſcriptis. Et adde ꝙ Lud. in l. ſi mādato.
de fideiuſ. tenet cū Gul. contra Bar. vtrū diſtinctio, de qua hic per
gl. habeat locū in priuata ſcriptura, vide gl. in l. ſi nō ſinguli. ſ. ſi cer.
pet. ꝛ gl. ꝛ Bar. in l. ſi ex pretio. eo. ti. ꝛ hic adde Imo. in l. j. §. ſi quis
ita. ꝛ in l. ſi ita ſtipulat⁹. §. Chryſogonus. de ver. obl. ꝛ bal. hic in x. q.

f ALEX. ¶Renūtiari exceptioni. Adde que no. per Mod. Inſti.
de act. §. fuerat. Sed an poſſit tolli per ſtatutū, vide per Bal. hic in
fi. ꝛ no. per Bal. in l. in cōtractib. in ij. ꝛ iij. q. j. e. Quid in exceptione
non numerate dotis, vide Bald. in rub. C. de priuil. do. ꝛ gl. ꝛ do. in
l. j. j. de do. cau. P. PAV. P. ¶Renuntiari exceptioni. Vide Alex.
conſ. clxxix. inci. viſa ſcriptura priuata. in ij. vol. do. Frā. conſ. lxxxvj.

g ALEX. ¶Sed ſi aliquis ageret. Et eſt aduertendū, an notarius
debeat vidiſſe integrā ſolutionē illam, ꝛ tunc in ſcriptis ponat aſſer
tiue totam pecuniam numeratam, alias autem non debet ſcribere
ſimpliciter pecuniā numeratā, ſed ſcribat partē aſſerere pecuniam

numeratam, ꝛ tantum eſt ſecundum Ioan. And. in addit. Specu.
§. fi. ſed ſi quis cōfitetur ſe habuiſſe, ꝛ recepiſſe certa debita, ex ta[illegible]
cauſa, ꝛ liberauit debitorē ſuum per acceptilationē, ꝛ Aquilianam
ſtipulationem, per iſta verba non probatur numeratio ſecundum
Bart. in l. j. de his que in frau. cre. ꝛ in l. ſi ex plurib. ff. de ſol. ꝛ no. q[illegible]
dicit Bal. in l. ſi quis. C. de inſti. ꝛ ſubſti. quod ſi notarius nō intel-
ligit ea, que ponit in inſtrumēto non punietur alias de falſo, dum-
modo ſeruauerit formam. quod no. ꝛ adde gl. in l. generaliter. C. de
tab. lib. x. facit etiam quod no. Bart. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de f[illegible]

ALIA LECTVRA.

SI ex cautione. Si opponitur excepti[o]
non numerate pecu[nie]
creditor debet probare numeratā. h. d. ¶Op. j. eo. l. [in]
contractibus. Sol. intellige hic intra biennium, vt i[bi].
¶Secūdo op. j. eo. l. generaliter. Sol. Intelligas hic promiſſion[em]
factam ex cauſa mutui, alias ſecus, vt in l. contraria. ꝛ j. dicem[us].
¶Tertio oppo. a diuiſione. Aut enim hic loquimur de cautione
emiſſa per ſcripturā priuatā, ꝛ non nocet, qꝛ fidē non facit, vt l. in-
ſtrumēta. ſ. de prob. Aut loquimur de publica. ꝛ ei omnino ſtan[dum]
eſt, vt ſ. ti. j. l. antique. in prin. ꝛ j. arbi. tut. l. fi. Huius timore dic[itur]
9 ꝙ poteſt loqui de ſcriptura, tam priuata quā publica. ¶[illegible]
examino de publica. Et dicit gl. ꝙ hic cōtinebatur, ꝙ debitor [fa-]
tebatur ſe recepiſſe, ſecus ſi diceret ꝙ eam recepit, tūc contra[rium]
probari nō poſſet, ꝛ eſſet probata intētio aduerſarij, per inſ[trumen-]
tum, tn̄ notarius nō debet ponere hoc in inſtrumēto, niſi [pecunia]
ſit preſens, ita dicit gl. quā no. Examinemus iſtud, ad cuius
rationē debes ſcire, ꝙ probatio debet de neceſſitate cōcludere
l. nō nudis. ꝛ l. neqꝫ natales. ſ. de prob. Unde ſi inſtrumētū dic[it]
cōfeſſus fuit ſe habuiſſe centū que habuit, ꝛ recepit, Iſtud nō pro-
bat de neceſſitate, nā poteſt eſſe qd oīa iſta ſunt verba partis cō-
tentis, que dicit cōfiteor me habuiſſe, ꝛ recepiſſe centū, que habui,
ꝛ illa verba que dicta ſunt per partē in prima perſona, ſcribantur
per notariū in tertia. ſed puto ſi adijceret que habuit ꝛ recepit in
preſentia mei notarij, ꝛ teſtiū certe adhuc nō videtur cōcludere de
neceſſitate, qꝛ illa verba in preſentia mei notarij, poſſunt venire ad
determinationē illius participij cōfeſſus, ꝛ ideo tutius eſt ꝙ appo-
natur copula, ꝛ dicat, fuit cōfeſſus ſe habuiſſe, ꝛ recepiſſe, ꝛ vere ha-
buit, ꝛ recepit in preſentia mei notarij, tūc illa verba nō poſſunt re-
ferri ad cōfeſſionē preſentē, ꝛc. ſed ſolū ad dictū notarij. ¶Sequi-
tur in gl. niſi pecunia ſit in preſentia. Iſtud nō ſufficit ad excuſatio-
nem notarij, ꝙ pecunia ſit in preſentia, qꝛ poſſet dicere ꝙ pars ha-
buit, ꝛ recepit, licet in veritate ſuis manib. nō tetigerit. Probatur
10 in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. ꝛ ibi plene dixi. Item ex predictis no. [ꝙ]
licet notarius dicat, habuit, ꝛ recepit, que ſunt verba preteriti tem-
poris, tn̄ referūtur ad tēpus celebrati cōtractus. facit l. predia. ff. de
acqui. poſ. ff. de ver. obli. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. [illegible]
dotem. ff. ſol. mat. ¶Sequitur in gl. nō ob. l. antique. ꝛ l. fi. arbi[.]
qꝛ illa ſunt ſpecialia. Dic vt dixi, in l. j. ſ. plus vale. ꝙ agit. ¶[illegible]
iuxta hoc querit gl. j. quid ſi inſtrumentum dicat, habuit ꝛ re[cepit]
vtrū poſſit probari contrariū? Et dicit ꝙ ſic: ſed tunc dicerē inſtru-
mentum falſum, ꝛ eſſet recurrendū ad ea, que dixi in l. in exerc[.]
ſ. de fi. inſtru. ¶Secundo dicit gl. ꝙ hec lex poteſt intelligi in [ſcri-]
ptura priuata, intellige tali, que fidē faciat, qꝛ eſt ſcriptura p[ro-]
cōuenti cōfeſſata, vel ſignata teſtib. Itē dicit gl. ꝙ in ſcriptura [pri-]
uata nō refert an dicat, cōfeſſus fuit ſe recepiſſe, an dicat ꝙ rec[epit]
ſemper enim poterit opponi exceptio, ꝛ creditor debet probare [nu-]
meratā pecuniā, quā gl. vide, ꝛ bene nota differentiā iſtā. Idem [in l.]
ſi cer. pet. l. ſi ex pretio, ꝛ de dote cau. nō nu. l. j. Et huius ratio eſt [quia]
ſcriptura priuata tota pēdet ex facto debitoris, qui cōfitetur ſ[e]
recepiſſe, ꝛ ita ſcribit ſibi datū fuiſſe. Ex quo no. ꝙ ſiue debitor [di-]
cat, ꝛ promittat nō ſpe future numerationis, vel quecūqꝫ alia ver-
ba per eū dicātur, hec exceptio nō tollitur, tene mēti, ſtatim dec[la-]
rabo in queſtionib. ¶Op. ꝙ reus probat ſuā exceptionē l. in exce-
ptio. ff. de probat. Sol. hic reus ideo nō probat exceptionē nō nu-
me. pecu. qꝛ reus excipiendo nil ponit in debitis j. eo. l. aſſeuera[.]
11 ¶†Querit glo. vtrū exceptioni non nume. pecu. poſſit renuntiari[.]
determinat ꝙ ſic, qꝛ renuntiatio prodeſt quantū ad hoc, qd ſi q[uis]
aſſerit, de cetero non incūbat onus probādi numerationē, vide
iſtā no. ¶Extra iſtā gl. no. ꝙ licet ſit renuntiatū exceptioni, po[teſt]
actor interrogari vtrum numerauit, ſecus autem ſi biennium e[ſt]
elapſum, vt j. eo. l. in contractib. §. illo. An autē iſta gl. dicat ver[i-]
tem, Ricar. Malum. diſputauit, ꝛ determinauit quod ſic. In obli-
gatione literarū, vel ſtipulatione facta ſub ſpe future numeratio-
nis ante bienniū, non oritur niſi ciuilis, ꝛ ideo renūtiare huic exce-
ptioni non eſt modus inducēde obligationis, nec illa muniba obli-
gatio cōfirmari poteſt. ſecus eſſet ſi promiſſio fieret ad probation[em]
cōtractus, ſeu mutui iam celebrati. Breuiter iſtud dictū nō placet
mihi, qꝛ obligatio ciuilis, que eſt in obligatione literarū, eſt effica[x]
ad inducendā actionē, ꝛ ideo introducetur exceptio, vt hic, ꝛ j. [eo.]
l. in contractib. Unde Iac. de Aret. ꝛ Pet. dicunt, ꝛ melius iudi[.]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

meo, quod exceptioni huic renunciari non poteſt. Ratio, quia non eſt facta in fauorem debitoris. ſed in odium creditoris. Nam debitor auidus pecunie, faceret creditori omne inſtrumentū quod vellet, vt tota die videtur. ⁊ eadem facilitate, qua inducitur ad promittendum illud quod non eſt numeratum, eadem facilitate induceretur ad renunciandum exceptioni, vt ſ. ti. j. l. ſi mulier. Preterea hoc probatur ex eo quod ſ. proxi. dixi, quia ſi in priuata ſcriptura dicit debitor numerationem ſibi vere factam eſſe. non nocet, quod plus eſt quam renunciare exceptioni, ergo, ⁊c. Preterea gloſſ. hic dicit, quod renunciatio etiam fit ſpe future numerationis, ergo non nocet ei, niſi numeratione ſecuta. ⁊ iſtud putarem verum de
12 iure communi, tamen † aduocati tenent opin. gloſſ. vnde eſſet durum recedere, quia minime mutanda ſunt ⁊c. ¶ Querit gl. vtrum poſt biennium poſſit opponi exceptio doli. In gloſſ. ſunt opiniones, ⁊ determinat quod ſic. ſi ipſe reus vult probare pecuniam numeratam non eſſe. vide gloſſ. Franc. Azo tenebat opin. contra glo. videlicet quod poſt elapſum bienniū, vlterius non audiatur. Hoc probatur per l. ſi intra. in fi. j. eod. ⁊ l. in contractibus in princ. ibi, vt eo elapſo, ⁊c. ⁊ eadem l. §. illo. vbi dicitur quod creditori non poteſt deferri iuramentum. ⁊ eadem l. §. ſuper. vbi dicitur quod poſt lapſum temporis nullo modo poteſt dici pecuniam non ſolutam. Sed ad iſtas omnes leges reſpōdetur, verum ſi vult onus probationis transferre in creditorem. ſecus ſi ipſe excipiens probare vellet, ⁊ hec eſt veritas. Probatur j. eod. l. aſſeueratio. ⁊ ibi dicam ſta-
13 tim. ¶ Sed tunc † quero, quomodo poſſit debitor probare non numeratam, cum ſit mere negatiua. Reſpondeo, poterit probare per confeſſiones, ⁊ numerationes, diuerſis temporibus factas, vt not. ſ. eo. l. ij. ⁊ ibi hoc declaraui. Nec obſtat j. eo. l. in contractibus. §. illo, quia licet non poſſet deferri iuſiurandum ſuper toto, an numerauit, tamen interrogatio poterit fieri ſuper aliqua parte, que adminiculetur ad eius probationem, vt ſi ponit debitor, quod vna tantum numeratio fuerit, ⁊ non plures, vel quod due fuerunt, vel quod ſi qua numeratio facta fuit, fuit facta tali loco, ⁊ tempore, quod eſt no. poteſt etiā probari per teſtes, qui interfuerunt quando actum fuit quod inſtrumentum fieret, ⁊ poſtea fieret numeratio, ⁊ ſic facta fuit ſpe future numerationis, poteſt etiam probari per aliud inſtrumentum, vt tota die videmus ſpecialiter in contractibus dotis, ⁊ venditionis, vbi quis confitetur dotem, vel precium ſibi ſolutum, ⁊ ſtatim ſequitur aliud inſtrumētum, quod non obſtante cōfeſſione predicta promittit ſoluere, ⁊ ſic apparet quod factum fuit ſpe future numerationis. Ultimo quero an ad hoc, quod iſta exceptio habeat locum, requiritur quod cōtractus fuerit confectus in ſcriptis dicam j. eo. l. fin. ¶ Ultimo de huiuſmodi renunciatione tangit Spe. in tit. de renun. ⁊ in tit. de actio. ⁊ oblig.

LEX IIII.

a **Cum fidem.** [a] Qui poſt primam promiſſionem, eam aliquo modo approbat, ab exceptione non nume. pecu. cadit, hoc intendit, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum fidem. Adde etiam quod ſi quis acceptat dilationem, videtur agnoſcere debitum. l. ad ſolutionem de re iudic.
P. PAV. P. ¶ Cum fidem. Uide Roma. conſi. ccxxij.

ALIA LECTURA.

1 Soluens partem, an preſumatur debitor totius.

Cum fidem. Poſt cautionem per futuram ſolutionem approbatam, non habet locū hec exceptio, hoc dicit. Quero, vtrum hec lex habeat locum ſiue ſcienter, ſiue ignorāter iſte ſoluerit partē, gloſſa ponit opiniones. Quidam quod loquatur in ſciente. Alij quod loquatur etiam in ignorante. ¶ Nota iſtam gloſſam, ſecundum opinio. Mart. ⁊ Irnerij, quod qui ſoluit totum, preſumitur ſoluiſſe debitum, niſi cōtrarium probetur, vt l. cum de inde-
1 bito. ff. de prob. Ita † qui ſoluit partem, preſumitur debere totum niſi contrarium probetur per eum, vt hic. Idem ſ. eo. l. ij. ſecundum primam lect. Contrarium eſt veritas, ſecundum opi. Bul. hic poſitam, ⁊ gl. approbat, ⁊ l. ij. ſ. eo. Nam hic loquitur in ſciente quod apparet, quia tex. dicit, cum fidem cautionis agnoſcens que agnitio non eſt in errante, cum errans non conſentit, vt l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. j. de dona. l. nec ignorans. Preterea, ego video quod dando pignus nō preiudico mihi in exceptione non nu. pec. vt l. j. ſ. e. eadem ratione nec ſolutione partis, niſi debitum approbem, ⁊ ideo puto quod hec lex debeat intelligi, quādo ſolutio continebat aliquid, per quod totum debitū videbatur approbari, vt puta, ſoluo tibi decem de ſumma cētum aureorum tibi debita manu talis notarij, ſecus ſi ſoluerem tibi decem ſimpliciter, quia tunc non probo de ſumma magna modicam eſſe debitam, ⁊ ſic videtur debitor magis ſoluiſſe quam debitum ideo quod approbet cau-
2 tionem. ¶ Ultimo not. ex hac lege, † quod licet debitor ab initio promiſſionis, per renunciationem, vel confeſſionem, nō preiudicet ſibi in exceptione non nu. pec. vt ſ. l. proxi. ⁊ ibi dixi, tamen ſecus ſi ex poſt facto, vt hic quod eſt notandum, ⁊ precauendum, quia per hoc feneratores poſſent facere multas fraudes. ¶ Ultimo, quia hec lex loquitur quando debitor agnoſcit id debitū quod non eſt, ⁊ quandoq; contingit econtra ſcilicet, ⁊ neget debitum quod eſt.

AUTHENT.

1 Negans ſcripturam propriam, ſi poſtea conuincitur conuenitur ad duplum.
6 Allegare contraria in exceptionibus quando poſſit.
7 Negans ſe feciſſe homicidium, ⁊ conuictus poſtea ſi dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem, auditur quantum ad penam principalis delicti, non quantum ad penam negationis.

a 1 **Contra qui propriam.** [a] Ex iſta auth. not. quod ille, qui negat ſcripturam ſuam propriam, poſtea conuictus conuenitur in duplum. Ta-
2 men vnum aduerte, † quia hic loquitur, quando quis obligatur ſcriptura, ſecus ſi ſcriptura fieret ad probationem, quia
b tunc iſta authen. non habet locum [b] vt patet in princ. ſui, ⁊ hoc te-
3 net glo. in ſecunda. ¶ † Quero, quid ſi aliquis neget inſtrumentum publicum eſſe publicum? Gloſſ. dicit hic, quod iſta authen. non habet locum, ⁊ bene, quia ſolum loquitur in eo qui abnegat ſcripturam ſuam propriam, ex qua eſt obligatus. ¶ Quero, qua actione conuenitur quis ad iſtud duplum? Dicit gloſſ. actione ex
4 eo contractu puto † quod agatur condictione ex hac l. ⁊ erit mo-
c dus formandi libellum [c] dic, ago † contra te dicens quod tu es mi-
5 hi in tuis literis obligatus ad tantam quantitatē, vt patet ex ſcriptura tua manu facta, quare peto te cōdemnari ad dicta centum, ⁊ ſi dictam ſcripturam tuam eſſe negaueris, peto te condemnari in duplum, vt vidiſtis in ſimili. in l. non ab re. j. vnde vi. ⁊ videbitis. j. loca. l. conductores. ¶ Ultimo ſcias, quod Dyn. in c. nullus plu-
6 ribus. de reg. iur. in vj. Allegat † iſtam authen. quod non admittitur quis allegans contraria in exceptionibus per hanc authen. Ego ſemper dixi contrarium, ⁊ adhuc dico, ⁊ iſta authen. nihil facit pro eo, imo facit contra eum. Nam vides hic, quod aliquis primo negauit ſcripturam, ſcilicet, eſſe ſuam, poſtea conuictus conuitetur eam eſſe ſuam, ſed dicit ſoluiſſe, certe non auditur quantum ad euitandum penam negationis, ſed bene auditur, vt illa ſolutio facta proficiat in eo quod ſoluit. Et per hoc dico, quod ille, qui ne-
7 gauit ſe feciſſe homicidium vel † percuſſiſſe aliquem, poſtea conui-
d ctus, dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem [d]. Certe quātum ad penam negationis, ſi per negationem imponeretur aliqua pena, non audiretur poſtea hoc allegans, ſed quantum ad penam principalis delicti, bene auditur. Ad hoc bene, ⁊ plene ff. de except. l. nemo. facit ad predicta ff. de probatio. l. cum de indebito.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Contra qui propriā. Et hanc aut. ſic intellige, ⁊ limita, vt ſingula. Dixit Bart. in l. id quod ſeruo. §. j. ff. de pec. leg. ⁊ de pena negantis, ⁊ de eius materia no. per Bal. in c. vaſſallus. ſi de feu. fue. contro. ⁊ per Bar. hic per do. Ant. in c. pe. extra de iura. calum. ⁊ per Bald. hic. ADDE Ad hanc aut. que voluit Pet. de Anch. conſi. cxcij. iſte ſimon. Sed quid ſi tēpore ſolutionis fiende debitor deponit pecuniā, ⁊ petat pignus, ⁊ creditor dicat ſe non mutuaſſe, nec habuiſſe pignus qualiter conſulet debitori? Spe. in ti. de exce. §. vſq; verſi. ſed quid ſi debitor. dicit quod adhuc ſub iudice lis eſt. ¶ Contra qui propriam. Nunquid iſta authen. habeat locum in negante pacta alicuius libri rationum, ⁊ nunquid habeat locum in ſcriptura priuata de contractu iam inito ante dictum ſcriptum, vide Paul. conſi. cccxxxij.
b POMA. ¶ Non habet locum. Uide Pau. de Caſt. conſ. cccxxxij. vbi pulchre declarat materiam huius auth.
c ALEX. ¶ Formandi libellum. Et vide hic Bal. in fi. ⁊ quod no. Bart. in l. ſi cum except. §. hec autem actio. ff. quod me. cau. ⁊ vide no. per Bart. ⁊ Ray. ⁊ Imo. in l. Titio. §. ſi poſt. de condi. ⁊ demon.
d ALEX. ¶ Defenſionem. Adde Bald. C. de appel. l. iubemus. Adde Bart. in l. quicquid. de iureiur. ⁊ pro iſta parte facit text. in l. ij. in verſi. falſi. ⁊ ibi hoc not. doct. ff. ſi ex noxa. cau. aga. licet Dyn. videatur contrarium tenere in regula, nullus pluribus. lib. vj. ⁊ in l. electio. §. neque. de noxalibus.

LEX V.

Aduerſus. Exceptio non nu. pecu. non habet locū in confeſſione quam quis non facit ſpe future numerationis, ſed ex cauſa de preterito. h. d. Idem dicit l. fruſtra. que ſequitur poſt iſtam.

ALIA LECTURA.

Aduerſus. Exceptio non nu. pec. habet locū, quādo promiſſio fit ſpe future numerationis, alias ſecus. h. d. ⁊ legitur hec lex tribus modis principaliter. Primo quando debitum ex alia cauſa, puta emptionis, vel ſimili promittitur ex cauſa mutui. Secūdo quādo debitum ex cauſa emptionis, vel ſimili promittitur ex alia

cauſa,vel locationis,vel ſimili,ita quod nõ mutui.Tertio modo,
quando debitum ex vna cauſa non mutui,ex eadem cauſa promit
titur,⁊ vtriq; lecture cõuenit precedens ſummarium. Pone ergo
in terminis caſum,ſecundũ primam lecturam que eſt melior,⁊ ma
gis congruit litere.Et ſecundum iſtam no.quod ſicut quando op
ponitur exceptio non num.pec.debet creditor probare numeratã,
ſi cautio fuit appoſita ſpe future numerationis,ita quãdo fuit fa
cta ſpe preteriti debiti,debet probare debitum preceſſiſſe. ¶ Op.
§.ſi cer.pe.l.ſi non ſinguli.⁊ l.ſi ex pretio.Glo.ſoluit mirabiliter.dic
vt in ea.Secunda ⁊ tertia lec.ſunt clare,tamen iſta ſecũda lectura
non videtur vera,qꝛ tunc talis cõfeſſio ſtatim preiudicatur,nec re
quiritur,an preceſſit iuſta cauſa debiti.d.l.generaliter.Potes dice
re,ꝙ hec cautio continet factum nudum,⁊ ideo habet vim conſti
tutionis,in quo queritur,an iuſta cauſa preceſſerit debiti.Si vero
diceres,ꝙ continet ſtipulationem,tũc ſtatim preiudicat, ⁊ qd hic
dicit,ſi quid,intellige,niſi probetur contrariũ,ſtatim videtur pro
batum per ipſum inſtrumentum,vt d.l.generaliter.⁊c.

LEX VI.

FRuſtra. Pecunia non numerata debet habe
re cautionem,condictionẽ,⁊ exceptio
nem. ¶ Quero,an iſto caſu quando competit ad idem
actio,⁊ exceptio,poſſint peti teſtes examinari ad eter
nam rei memoriam. Dixi tibi in aut.ſi quis ab aliquo.§.de teſtib.

LEX VII.

SI quaſi. Ab eo, qui non numerauit poteſt con
dici liberatio, ⁊ ei opponitur exceptio.
hoc dicit.

LEX VIII.

1 ☞ Proteſtatio defuncti quando tranſeat ad heredem.
a **SI intra tempus.** [a]Tempus ꝙ quis ha
bet ad opponendũ ex
ceptionem,tranſmittit ad heredem,⁊ oppoſitio facta per
defunctum prodeſt heredi.hoc dicit. ¶ Opp.fortiter, quod prote
1 ſtatio †defuncti ad heredem non tranſeat,vt l.non ſolum.§.ſi.ff.de
noui oper.nun.Sol.dic vt ibi,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si intra tempus.Uide hanc l.alleg.per Pau.de caſt.
conſi.xvij.incip.in Chriſti nomine amen.in cauſa que vertitur.⁊c.
P. PAV. P. ¶ Si intra tempus.an iſtud procedat in alijs preſcri
ptionibus quod tempus defuncti noceat heredi, vide Paul.de
Caſtro conſil.xvij.

ALIA LECTVRA.

SI intra. Ad heredes trãſit hec exceptio cum
tempore, quod ſupererat defuncto.
Item hec exceptio propoſita perpetuatur. Item ela
pſo tempore ad heredes nihil tranſit, hoc dicit, ⁊ ſic
habet partes tres gloſſ.querit primo qualiter debet fieri iſta que
rela. Dic,vt j.eod.auth.hanc autem. ¶ Secundo querit quando
tempus iſtud contra heredes currat. Dic quod ſtatim non expe
ctato tempore maioris etatis,quia cepit contra defunctum,plene
de hoc in l.Emilius.ff.de mino.⁊ ff.ſi aduer.vend.pign.l.ij.Moueo
vnum dubium, videtur quod effectus proteſtationis , iam perfe
ctus,⁊ conſummatus,non tranſit ad heredes.l.non ſolum.§.fin.de
oper.no.nun.Hic dicitur contrarium,quare male.Sol.Quantum
ad propoſitum talis effectus proteſtationis,bene tranſit ad here
des, vt hic, nam propoſita querela, exceptio eſt perpetua,vt hic.
Sed quantum ad futura , tunc ſecus, vt l.contraria.quod tamen
dic,vt alias plene dixi in d.l.non ſolum.§.fin.

LEX IX.

CUm vltra. Qui obligatur verbis ſpe future
numerationis, habet hanc exce
ptionem,hoc dicit.

ALIA LECTVRA.

a **CUm vltra.** Si vltra quam ſit numeratum
eſt promiſſum, habet locum ex
ceptio non numerate pecunie, vel in factum, hoc dicit.
¶ Opp.quod reus poſſit obligari, vltra quam perue
niat ad eum, vt l.ſi non ſinguli.§.ſi certum petatur.⁊ l.ſi vt certo.§.
ſi duobus.ff.commoda. Intellige quod peruenerit vere vel ficte.
Dicam in d.l.ſi nõ ſinguli. ¶ Quero quare hic dicit exceptionem
in factum? Gloſſ.variat, finaliter videtur dicere quod idem ſit in
factum,⁊ non numerate pecunie ſecundũ quoſdam. Uel dic,quod
quando ſine ſtipulatione habet locum exceptio non numerate pe
cunie quando interuenit ſtipulatio , habet locum exceptio in fa
ctum,⁊ iſta eſt vera. Quod ſic declara, quando non interuenit ſti
pulatio,agitur ex numeratione interueniente. Recte ergo poſſum
excipere pecuniam non eſſe numeratam, quando ſtipulatio inter
uenit,agitur ex ſtipulatione, vnde mediũ, per quod in exceptione
b concluditur,non eſt,quia pecu.non eſt numer.quia ex ſtipulatione
poſſet deberi nulla numeratione interueniente.Sed medium,quo
concluditur,eſt quod ſic fuit actum,quia promittebam ſpe future
numerationis. Unde excipitur in factũ, hoc eſt quia factum ita ſe
habuit.Hec ſubtilitas periculoſa eſt,tamen doctores tenent eam.

LEX X.

ASſeueratio. Hic eſt pulcher tex. Et qui ex
cipit, incumbit onus proban
di,quando excipiendo aliquid ponit,alias ſecus.h.d.

LEX XI.

SI tranſactionis. Quando in trãſactio
ne fit promiſſio ſpe fu
ture numerationis, non habet locum hec exceptio, hoc
dicit.

EX XII.

TAm mandatori. Hec exceptio trãſit
ad obligatos acceſ
ſorie,hoc dicit. ¶ Quero,quid ſi fideiuſſor ante oppo.
exceptionem non numerate pecunie, ⁊ poſtea creditor
numerauit.Iſta fuit queſtio ſabatina,licet glo.hic non dicat.Gu
a lielmus ponit eam in l.Titius[a].ff.de procurator.⁊ l.ſi fideiuſſ.ff.de
fideiuſſ.dic vt ibi,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tam mandatori.l.Titius. Et ibi Bar.⁊ idem
in d.l.fideiuſſor.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Fideiuſſor an poterit opponere poſt biennium excep
non numerate pecunie.
2 Numeratio poſtea facta per creditorem,an tollat exceptionem
deiuſſori.
3 Si fideiuſſor proteſtatus fuit creditori, ne pecuniam numerare,
quod poſſit tamen numerare.

TAm mandatori. Hec exceptio tranſit
ad fideiuſſorẽ,⁊ man
datorem,hoc dicit. ¶ Oppo.de l.ex perſona.ff.de fide
iuſſo.Solut. Intelligo hic de exceptionibus rei cohe
rẽti.ſicut eſt iſta,vt l.omnes exceptiones.ff.de exceptio. ¶ Quero,
1 †vtrum poſt biennium poſſet opponere fideiuſſor.Glo.dicit quod
non,⁊ bene.⁊ probatur hoc in textu,ibi dum dicit, exẽplo rei prin
2 cipalis. ¶ † Querit gloſſ.nunquid numeratio poſtea facta tollat
fideiuſſori exceptionem. Uidetur quod non, vt l.ſi.ff.de pact.Con
trarium dicitur in gloſſ.quia fingitur hanc exceptionem non com
petijſſe, hoc videtur falſum, quia a die numerationis incipit obli
gatio,ne retro fingeretur exceptio,vt ff.qui.po.in pig.hab.l.j.Su
ſtinendo gloſſ.dicas, ⁊ verum eſt, quod quo ad extraneorum pre
iudicium non fingitur retro, ſed quo ad ipſos contrahentes ſic,
vel verius,vt ceſſet dicta oppoſitio, dic ꝙ numeratio poſtea fa
ta videtur facta de voluntate fideiuſſoris , non ergo mirum
tollitur exceptio,vt d.l.fin. Uidetur enim voluiſſe ab initio
3 numeratio ſequeretur. ¶ Sed nunc quero,†quid ſi fideiuſſor
tauit volũtatem,⁊ prohibuit ne mutuaretur, vel exceptionem
poſuit videtur quod tunc fideiuſſori non noceat,quia licuit mu
tare voluntatem, ſicut reuocare mandatum? Gloſſ.dicit con
rium,⁊ bene,non tamen bene declarat.Ideo dic,quod mutare vo
luntatem licet, antequam quis alteri ſit obligatus, alias non
Papinianus.ff.de pub.Sed creditor eſt quoddammodo deb
obligatus ad numerandum,ergo,⁊c. Dices tu hoc eſt contra
ſum l.j.ff.ſi cert.pet.⁊ l.j.ff.qui po.in pig.hab.Solu. Non intellig
obligatum adeo quod poſſit cogi in iudicio, ſed taliter eſt obliga
tus, quod eſſet ſibi verecundia non numerare, que cauſa eſt ſuffi
ciens, vt poſſit illi denuntiationi non parere,vt ff.manda.l.Qui
tus,⁊ l.pecunie.ff.de alimen.⁊ cib.leg.Sic debent intelligi no
glo.in l.Titius.ff.de procur.⁊ de fideiuſſ.l.fideiuſſor.

LEX XIII.

a **GEneraliter.** [a]Promiſſio facta ex certa cau
ſa de preterito,⁊ in ſcriptis,
valida, niſi contrarium per aliam ſcripturam probet
h.d. ¶ In hac l.debemus tractare tria principaliter.
Primo de obligatione literarũ,vnde oriatur,qua actione agatur
⁊ qualiter tollatur, ⁊ quo iure fuerit inducta. Secundo habemus
videre de confeſſione quã quis facit in teſtamento.Tertio de con
feſſione,quã quis facit inter viuos. Doct.omnia iſta tractant
repilogant quedã,que fuerunt dicta in l.ſi ex cautione.§.
iam dixi ibi. ¶ No.tamẽ ex hac l.duo principaliter.Primum
tex.qui dicit eamq; cauſam ſpecialiter promiſſor edixerit.
ponit ex vẽditione,vel locatione,vel maleficio. Et puto debere in
telligi ex vẽditione, vel locatiõe eius rei,vel ex quo maleficio,alias
non eſſet exprimere cauſam ſpecialiter.Itẽ illud quod hic dicitur
quod debet probari contrarium,per aliam ſcripturã debes ſic in
b telligere[b]. Aut ille contra quem ſcriptura profertur,eam negat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eam dicit eſſe falſam, ⁊ tunc poteſt probare contrarium teſtibus ⁊
quocunqꝫ modo vult, vt l. vbi. ȷ. de fal. ⁊ §. de fide inſtrumentorum.
l. in exercendis. Aut illam ſcripturã confitetur factam eſſe, de con-
trahentium volũtate, ſed dicit in veritate aliter negotium eſſe ge-
ſtum, tunc aut ille vult probare contra ſolennitatem preſumptam
in inſtrumento, ⁊ poteſt probare per teſtes. vt l. iuriſgentium. §.
quod fere. ff. de pac. Aut vult probare contra illud qđ expreſſe con
tinetur in inſtrumento, ⁊ tunc aut eſt inſtrumentum celebratum in
ſcriptis, ⁊ non poteſt probare contrarium niſi per aliam ſcriptu-
ram, vt hic. Aut eſt contractus ſine ſcriptis, ſed ſcriptura eſt facta
ad probationem, ⁊ tunc poteſt probari contrarium quocunqꝫ mo-
do, vt ſupra, plus valere quod agitur. l. ij. ⁊ iij. ¶ Ultimo not. hunc
fin. quod quis non poteſt venire contra illud, quod confeſſus eſt.
c Et per hoc dicimus, quod ſi teſtis eſt aliquid teſtificatus[c], ⁊ poſt-
ea extra iudicium cõfitetur ſe dixiſſe falſum, quod per hoc dictum
eius non vitiatur, niſi aliter de falſitate conſtet, vt extra de teſtib. c.
ſicut. Cetera dic vt in gloſſ. hic per doct.

ADDITIONES.

a AND BABR. ¶ Generaliter. Not. in hac l. quod Bart. vide-
tur ſentire, quod ſi ſcriptura ſit de ſubſtantia, non poteſt probari
ſimulatio per teſtes, ⁊ ita tenet gloſſ. hic in verſicul. quenquam, ſed
gloſſ. ſecundum aliquos, in l. illicitas. §. veritas, de offic. preſid. tenet
contra. ſed gloſſ. huius l. reprobat Jacob. But. ⁊ Bal. ⁊ l. j. C. plus
va. quod ag. ⁊ eſt opi. equior. Sed pro opin. Bart. facit tex. iſte non
cauillando eum, ⁊ glo. in d. §. veritas. videtur innuere, quando per
teſtes probatur falſitas non notarij, vel error, ⁊ iſtam partem me-
liorem putat domi. Joan. de Imol. in ca. cum Joannes. de fide in-
ſtrumentorum. licet opin. Butr. ſit equior. ⁊ tangitur in ca. ad no-
ſtram. de emptio. ⁊ venditio. ⁊ cap. cum contingat. de iureiuran. in
charta xliij. quando ſtipulatio poteſt probari per teſtes. ¶ Et ad-
de Cepo. in tractat. de ſimulat. contractuum.

b ALEX. ¶ Sic intelligere. Per Imol. in c. cum contingat. de iu-
reiurand. ⁊ doct. in l. ſciendum, de verbor. oblig. Et adde etiam que
habentur per gloſſ. ⁊ Bart. in l. quicunque. ȷ. de apo. publi. ⁊ qua-
liter hec lex intelligi debeat, adde text. in l. teſtium. §. de teſta. vide
Bal. ibi qui tenet contra Bar. hoc eſt etiam in propoſito, vide no.
per Cy. in l. error. C. de teſt. ⁊ Ang. in l. quoties. in princip. ff. de ven.
inſpi. ⁊ quod no. Bart. in l. cum proponebatur de leg. ij. ⁊ Bal. hic.

c ALEX. ¶ Teſtificatus. Adde quid in parte confitente ſe ha-
buiſſe ſententiam falſam, ⁊ quid in iudice, ⁊ arbitro: vide no. in au-
thent. ſed iam neceſſe. de dona. ante nupt. Et de hoc dicto Bartol.
vide que notant glo. ⁊ doctor. in c. cum cauſam. de teſtib. ⁊ omnino
quicquid notat Bart. in l. quicquid aſtringende. ff. de verb. oblig.
circa fin. ⁊ in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in fi. de verb. oblig. ⁊ late
Bart. in l. eos. §. fi. de falſ. ⁊ in l. ſi quis in graui. in princ. ad Syllan.
⁊ Bald. hic.

ALIA LECTVRA.

1 Confeſſio extraiudicialis an requirat expreſſionem cauſe.
2 Expreſſio cauſe generalis an ſufficiat in cõfeſſione extraiudiciali.
3 Quelibet cauſa in confeſſione extraiudiciali, an ſufficiat.
4 Promiſſio facta de non arctando quem criminaliter, an valeat.
5 Confeſſio extraiudicialis quando requirat partis preſentiam.
6 Confeſſio teſtatoris facta in teſtamẽto, non probat debitum ſub-
eſſe, vel fuiſſe, ⁊ num. 13.
7 Confeſſio etiam ad liberandum requirit partis preſentiam.
8 Confeſſio extraiudicialis facta parte preſente, ⁊ cum cauſa, quan-
do inducat probationem, liberationem, vel obligationem.
9 Contra confeſſionem in inſtrumento, vel extra inſtrumentum fa-
ctam, quando quis poſſit venire, ⁊ que probatio requiratur.
10 Contractus dicitur in ſcriptis celebrari, quando agitur inter par-
tes quod aliter non valeat, niſi fiat ſcriptura.
11 Contra inſtrumenta, ⁊ contenta in eis, que hodie fiunt, poteſt con-
trarium probari, etiam per teſtes.
12 Cautela, vt contra inſtrumentum non poſſit probari, etiam de fi-
ctione, niſi per ſcripturam.
14 Confeſſio facta per teſtatorem in eius teſtamento reuocatur.
15 Cauſa an requiratur in ſtipulatione.
16 Teſte confitente extra iudicium ſe falſum teſtificaſſe, an dicta con-
feſſio preiudicet.

Generaliter. Contra confeſſionem pro-
priam in ſcriptis factam ex
cauſa de preterito, non poteſt aliquis venire, niſi per
aliam ſcripturam probetur, hoc dicit. Hec lex diuidi-
tur in tres partes. Primo enim ponit dictum. Secundo exceptio-
nem. Tertio rationem dicti. Secunda ibi, niſi. Tertia ibi, nimis.
Notabilia patent ex ſummario. ¶ Not. tex. in fi. ⁊ diſce eum menti.
¶ Oppo. ſupra, eodem. l. ſi ex cautione, ⁊ infra, eodem. l. proxima.
Solut. Hic loquitur in alijs cauſis, preter quam in cauſa mutui, ⁊
dotis, in quibus poteſt opponi exceptio non nume. pecu. quod
examinaui in legibus contrarijs. ¶ Opp. ad ſecundam partem de
l. in exercendis. §. de fide inſtrumentorum. Solu. Fallit hic quando
quis vult venire contra confeſſionem ſuam propriam, quod intel-
lige, vt ſtatim dicam, ⁊ quia hec lex tractat de confeſſione ſciẽdum
eſt, quod confeſſio alicuius quandoque emittitur in iudicio, ⁊ de
hoc in l. j. ȷ. de confeſſis. ⁊ hec non eſt materia noſtra. Quandoque
emittitur extra iudicium, ⁊ tunc vel in actibus inter viuos, vel in
vltima voluntate, ⁊ de iſtis tractat hec gloſſ. quam examinemus.
¶ Circa primum quero, quid debeat contineri confeſſio, vt preiu-
dicet: Et circa hoc dubitatur primo de cauſa, ſcilicet, an confeſ-
1 ſio † extraiudicialis requirat cauſe expreſſionem, quod tangit glo.
in l. j. ȷ. de confeſſis. Ueritas eſt iſta, aut confeſſio tendit ad liberan-
dum, ⁊ non requirit cauſam, vt l. tale pactum. ff. de pact. Quando-
que confeſſio tendit ad obligandum obligatione perſonali, ⁊ tunc
requirit cauſam, alias non obligat, vt l. cum de indebito, in fi. ff. de
probatio. Quandoque tendit ad parandum preiudicium ſuper
iure reali, tunc quia ius reale eſt vniforme, non requiritur cauſe
expreſſio, vt l. ⁊ an ea. §. exceptiones. ff. de exceptio. rei iud. Hoc te-
2 nent doct. hic, ⁊ in l. cum falſa. §. de iur. ⁊ fact. igno. Sed cum † con-
feſſio requirat cauſam, an ſufficiat exprimere aliquam cauſam ge-
neraliter vt puta ex cauſa emptionis libri. vel ſpecialiter puta ex
cauſa emptionis talis equi, videtur tex. dicere quod ibi ſpecialiter
promiſſor edixerit. Et pro hoc quod dicunt doct. §. etiam per pro-
curatorem cauſam in integrum reſtitutio. agi poſſe. l. j. ⁊ l. ſi quis
mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. heredi. In contrarium dicitur,
quod ſicut dicunt Logici, quod eſt genus ſpecies, ⁊ indiuiduum,
vt not. in l. ij. in princi. ſi certum petat. ⁊ l. cum poſt. §. gener. de iure
dot. Ita aduerbialiter quedam poſſunt exprimi generaliter, que-
dam ſpecialiter, quedam ſingulariter, ⁊ indiuidue, vnde ſi dicerem
me debere ex cauſa debiti, illud eſſet generaliter, ſi ex cauſa emptio
nis libri, iſtud eſſet ſpecialiter, ſi ex cauſa emptionis talis libri, illud
eſſet ſingulariter, ⁊ indiuidue. Iſtud videtur probari §. quod cum
eod. l. fin. Pro hoc facit l. filiuſfamil. ff. de dona. circa fin. vbi requi-
ritur ſpeciale mandatum, ſeu ſpecialis conceſſio, vt poſſit filius
cauſa mortis donare, non tamen requiritur quod ſingulariter no-
minetur donatio fienda, ⁊ illud forte verum eſt, vt declaraui latius
3 in d. l. fina. ¶ † Quero vtrum ſufficit exprimi quamlibet cauſam.
Glo. dicit quod ſic ex contractu ex maleficio, vel quaſi, vt in ij. ⁊ iij.
gloſſ. ⁊ ſic innuit quod ſupra. dixi, ꝙ ſpecies obligationis exprima-
tur, licet non ſingulariter. Aduerte tamen, quia illud gloſſ. dicit, ex
maleficio, hoc intelligi ex maleficio, id eſt, ex obligatione qua pars
4 tenetur ciuiliter ex maleficio parti. Si vero † aliquis promitteret,
ne criminaliter accuſaretur, vel ne in accuſatione inſtituta inſiſte-
ret, tunc an valeat habes text. ⁊ gloſſ. in l. accuſationis ſupra, quod
5 met. cau. ¶ Quero, vtrum confeſſio † extraiudicialis requirat par-
tis preſentiam. quicquid dicant doct. iſta eſt veritas. Quandoque
confeſſio emanat ſuper eo, quod dependet ex mera voluntate con-
fitentis, vt ratihabitio, ⁊ hereditatis aditio, tunc non requiritur
partis preſentia, vt ȷ. de iure delibe. l. potuit. ⁊ no. in l. Pomponius
ſcribit. ff. de neg. geſt. Quandoque emanat ſuper eo, quod non de-
pendet ex mera voluntate confitentis, tunc aut fit ad obligãdum,
aut ad liberandum, ſi ad obligandum, quicquid dicat Petrus, di-
co quod requirit partis preſentiam, vel organum medium ſcilicet
nuntium vel epiſtolam, alias nihil operatur, vt l. Publia. in fine. ff.
depoſiti. ⁊ l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſis. de interrogat.
6 actio. l. fina. ⁊ probatur per iura que dicunt † quod confeſſio teſta-
toris in vltima voluntate, non probat debitum fuiſſe ſeu ſubeſſe,
vt l. lucius. §. quiſquis. el ij. ff. de leg. ij. ⁊ l. cum quis. §. codicillis. ff. de
leg. iij. ⁊ l. Aurelio. §. iiii. ff. de liber. leg. Si vero fit ad liberandum,
7 † ⁊ tunc quedam gloſſ. eſt in l. non ſolum. §. ſi liberationis. de liber.
leg. que videtur dicere, quod non requiritur partis preſentia, quo
ad inducendam doli exceptionem. Ego ſemper contrarium tenui,
⁊ gloſſ. idem in l. idem in duobus. ff. de pact. l. Pomponius ſcribit.
ff. de neg. geſt. ibi, in gloſ. magna facit l. heredi. §. ne autem. ff. de pa-
ctis. ⁊ ibi videtur textus. examinaui plene in d. §. ſi liberationis.
8 ¶ Quero, pone † quod iſta confeſſio ſit ſolennizata cum cauſa, ⁊
partis preſentia, vt requiritur, quid inducet hec cõfeſſio: Reſpon-
deo. Confeſſio quando habet connexum aliquem actum, qui ha-
bet inducere obligationem, vt puta ſtipulatio, vel pactum de con-
ſtituta, tunc non eſſet dubium quod oritur obligatio, vt hac l. non
ex confeſſione, ſed ex alio adiuncto. vt l. j. de conſtituta pecunia.
Uide Cynum in l. ſi ex pretio. ſupra ſi certum petatur. Quandoqꝫ
hoc nõ habet annexum, ſed eſt confeſſio ſimplex, tunc ſi quidem fit
ad deliberandum, habet vim pacti, vt l. tale pactum. in princi. ff. de
pac. ⁊ ſic obligat quem naturaliter non petere, ⁊ inducit exceptio-
nem pacti, vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Si vero non
continet liberationem, tunc non inducit liberationem, ſed ſolam
probationem, vt l. Publia. in fine. ff. depoſiti. ⁊ hoc eſt vtile ſci-
9 re, propter formationem libellorum. ¶ Quero, † circa iſtam
confeſſionem, ſi quis vult venire contra, qualiter poterit, ⁊ que

probatio requiratur? Reſpondeo quandoqꝫ quis vult venire cõ-
tra confeſſionem ex cauſa erroris, ⁊ tunc loquitur titulus de iuris
⁊ facti ignoran. maxime l. error. ⁊ l. cum falſo. ſ. de iur. ⁊ fac. ignorã.
⁊ ff. de confeſſis. l. non fatetur. Quandoqꝫ quis venit ex alia cauſa,
⁊ tũc aut cõtractus, ſeu cautio, in qua emanauit cõfeſſio, fuit in ſcri
ptis, ⁊ tunc qui negat illam cautionem ſua voluntate factã admit
titur ad probandum contrariũ per communem modum proban-
di, vt l. optimam. de contrahenda ⁊ cõmittenda ſtipulatione. ⁊ de
fal. l. vbi. aut confitetur eam factam ſua voluntate, tunc ſi quidem
vult venire contra tenorem inſtrumenti, non admittitur ad probã
dum, niſi per ſcripturam, vt hic, ⁊ l. cum de indebito. de probatio-
a nibus. in fine, niſi vellet probare inſtrumentum fictitium.[a] Si vero
non venit contra inſtrumentum, ſeu contra tenorem inſtrumenti,
ſed contra ſolennitatem, ⁊ tunc admittitur probatio etiam per te-
ſtes, vt l. iuris gentium. §. quod fere. ff. de pac. ⁊ ibi no. per glo. Sed
ſi vellet probare ſolutionem tunc admittitur quis ad probandũ,
ſecundum modum traditum in l. teſtium. ſ. de teſtibus. Si vero cõ
feſſio emanaſſet ſine ſcriptis, tunc admittitur quis ad probandũ
contrarium, per omnem modum probandi, vt ſ. plus valere quod
agitur. per totum. ⁊ in l. in exercendis. ſ. de fide inſtrumentorum.
10 Intellige † autem in ſcriptis celebrari contractũ, qñ contrahentes
11 agunt, vt non aliter valeat, niſi inde fiat ſcriptura. † Unde contra
b inſtrumenta,[b] que hodie fiunt circa continentia contractuum, po
teſt fieri probatio etiam per teſtes, qꝛ non ſunt celebrati contra-
ctus in ſcriptis, licet ſint in ſcriptis redacti. Hoc probatur ſupra,
de fide inſtrumentorum. l. contractus. ⁊ de probationibus. l. cum
12 res. ff. de pignoribus. l. contrahitur. Et ideo eſt cautela, † qđ quan-
c do quis dubitat, ne per teſtes poſſet reprobari[c] fictio contractus,
dicat contrahens coram teſtibus, (qui teſtes interfuerunt prece-
dentibus,) ⁊ fuit actum quod contractus celebretur in ſcriptis, ⁊
ſic non poſſit probari de fictione contractus, niſi per ſcripturam,
vt hac l. ⁊ l. cum de indebito. in fin. ff. de probationibus. Uenio ad
ſecundum, ſcilicet, ad confeſſionem in vltima voluntate factã. Gl.
hic in fine tractat quid operetur illa confeſſio, reſpectu heredis,
vtrum inducat legatum, vel fideicommiſſum. Idem tractat in l. j. ⁊
ij. de fal. cauſ. adiect. leg. hoc omitto. ¶ De duobus tamen quero.
Primo an inducat probationem, etiam contra ipſum teſtatorem.
Secundo an poſſit reuocari per teſtatorem. Ad primũ quicquid
13 dicat Petr. dico † quod non inducit probationem niſi ſit iuratum.
Text. eſt in l. cum quis. §. codicillis. ff. de lega. iij. ſ. de probationib.
authent. quod obtinet. Quod probatur, quia ſi induceret proba-
tionem, nunquam induceret fideicommiſſum, quod eſt falſum, vt
d. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de le. ij. ⁊ l. ſi creditori. ſ. de leg. j. ⁊ l. Aure-
14 lius. §. cum. de lib. leg. Et ex hoc ſoluitur ſecũda queſtio, quia † per
teſtatorem poteſt reuocari, cum non inducat probationẽ, nec obli-
gationem, ergo, ⁊c. vt l. j. ſ. de ſacroſanct. eccleſ. cum ſimilib. Et hoc
tenet Iac. de Bel. in auth. de iureiurand. a mo. preſti. in princ. licet
15 Pet. hic dicat contrarium, ⁊ male. ¶ † Ultimo quero, an in ſtipu-
latione requiratur cauſa. Gloſſ. tangit hic, ⁊ plenius in l. ij. §. circa
de doli except. ⁊ l. hactenus. ff. de conſtit. pecu. ⁊ in qualibet earum
16 dixi. ¶ Inſuper hic text. facit ad queſtionem, † ſi teſtis aliqua te-
ſtificatus ſit ⁊ poſtea extra iudicium confeſſus eſt ſe falſum dixiſſe,
d quod talis confeſſio contra primum dictum ſuum nil operetur[d],
vt in fi. huius legis. De hoc extra de teſt. c. ſicut. ⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Fictitium. In cõtrarium in hoc quod etiam ſi con-
tractus ſit in ſcriptis celebratus poſſit probari ſimulatio per te-
ſtes, vide Comen. conſi. clv. in iij. vol. in princ.

b P. PAV. P. ¶ Inſtrumenta. Contra hoc videtur velle Comen.
conſi. clx. incip. Ioannes ⁊ Gerardus, in princip. Item generaliter
iſtud intelligatur quod dicit Bart. quod non dicitur contractus
in ſcriptis, niſi hoc agatur, vide do. Fran. conſ. clx. Ro. conſ. clxxiiij.
ad finẽ, vbi ſingulariter dicit quod quando in ſcriptis contractus
eſt celebratus non creditur inſtrumẽto parte requirente, niſi pro-
tocollum exhibeatur, vide etiam Bar. ⁊ alios in l. contractus. ſ. de
fide inſtru. ⁊ in l. teſtium. C. de teſtib.

c P. PAV. P. ¶ Reprobari. Uide Angel. conſil. cliij. incip. domina
Catherina.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Per ſcripturam. Intellige vbi teſtis cũ
ſcriptura ſimul adducerentur, ⁊ vnum cum alio probaret, vt not.
Bar. ⁊ alij in l. certi condictio. §. j. ff. ſi certum petatur.

d ¶ Nil operetur. Adde que conſuluit Bald. conſi. xxv. v. lib.

LEX XIIII.

* **In contractibus.** * Exceptio non nu-
me. pec. poteſt obijci
a intra biennium[a] ab eo, qui confitetur ſibi numeratam
pecuniam, exceptis quibuſdam caſibus hic expreſſis. Ab eo vero,
qui confitetur ſibi ſolutum, poteſt obijci intra xxx. dies, hoc dicit.
vſque ad §. illo.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ¶ In contractibus. Ad limitationem hu-
ius l. vide Sali. in l. vnic. j. de confeſſ. ⁊ Pau. de caſt. in l. tale pactũ
in prin. ff. de pac. vide ad idem qđ dicit Bart. in l. ſi ex pluribus. ff.
de ſolu. ſcilicet ꝙ quando confeſſio non fit ſpe future numeratio-
nis, ſed fit pretextu alterius cauſe, puta acceptilationis, vel nulla
cauſa expreſſa, quo caſu ſubintelligitur donatio. d. l. tale pactum
quam ita intelligit ipſe Pau. ⁊ etiam Salic. in d. l. vnic. de confeſſ.
Aliam limitationem vide per Bal. in l. intereſt. j. de ſolut.

a ALEX. ¶ Intra biennium. Sed adde caſum, in quo poſt bien-
nium excluditur, vt dixi poſt Bart. in l. per diuerſas. ⁊ l. ab anaſta-
ſio. j. mandati.

P. PAV. P. ¶ Intra biennium. An de iure canonico excludatur
biennio, vide Angel. conſi. cxlix. incip. domina Angela. ⁊ quod ha-
bes ſ. in princ. huius tituli in apoſtilla magna.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Exceptio caute ⁊ non numerate pecunie quibus in contracti-
bus ⁊ quando locum habet, ⁊ de poſitionibus in hac except.

In contractibus. Exceptio non nu-
me. pec. poteſt op-
poni intra biennium, vbi quis aſſerit ſibi datum vel nu-
meratum, exceptis quibuſdam caſibus. Ubi vero
aſſerit ſibi ſolutum, poteſt opponi intra xxx. dies, hoc dicit
ad §. illo. diuide in tres partes. ¶ Primo ponit, quando h[...]
ptio poteſt opponi intra biennium. Secundo, quãdo nullo
Tertio, quando intra xxx. dies. Secunda ibi, ſed quoniam.
ibi, ſemper. ¶ Oppon. dicitur hic pecunie, vel alie res, ⁊ ſic
quod hec exceptio locum habeat in alijs contractibus quam
tuo, contra ſupra, l. prox. Sol. expone hic alie res, ſcilicet, que p[...]
dere, numero, vel menſura conſiſtunt, ne contradicat l. preceden.
ſecundum gloſſ. ¶ Oppo. ſ. eo. l. aduerſus. ⁊ l. fruſtra. Sol. Intelli-
ge, quando cõfeſſio fuit facta ſpe future numerationis, alias ſecus
ſecundum gloſſ. ¶ Oppo. adhuc de l. ſi non ſinguli, ſupra, ſi certum
petatur l. ſub ſpecie ſ. de poſtul. Ad l. ſi non ſinguli, dicas quod ibi
fuit facta confeſſio ſpe future numerationis, ſi obijciatur exceptio
non nume. pecu. debet probare creditor iuſtam cauſam debiti pre-
ceſſiſſe, ⁊ ſic apparet non ſpe future numerationis contractum eſ-
ſe, vt l. aduerſus, ſupra, eodem. in fin. ibi not. ſecundum primam lec.
Sed ſi biẽnium eſſet elapſum, iſtam iuſtam cauſam preceſſiſſe, cre-
ditor non haberet neceſſe probare. Ita loquitur lex ſi ſub ſpecie,
ſupra, de poſtulando. ¶ Uenio ad ſecundam glo. dicitur hic, date
eſſe conſcribuntur. contra, ergo inſtrumentum probat numeratio-
nem, ⁊ ſic creditor non habet neceſſe probare. Sol. Dicit gloſſ. in-
tellige hoc ſcriptum in inſtrumento priuato, ſecus ſi in inſtrumento
publico, quod not. ſ. eod. l. iij. ⁊ ibi dixi rationem. ⁊ in l. ſi ex[...]
ſ. ſi cert. pet. l. j. de dote. cau. ¶ Item oppo. obligatio non contra-
hitur per verba preteriti temporis, vt l. v. §. ſtipul. ff. de verb. o[...]
ſed hic dicit, numerate, vel date eſſe conſcribuntur. ¶ Sol. [...]
dit gloſſ. ⁊ ſic me ſoluturum promitto. vide gloſſ. ⁊ not. Alij di[...]
quod hic contrahitur per verba preſentis temporis. Doct. te[...]
2 communiter opi. Ioan. ex qua not. † quod per ſcripturam, qu[...]
lam confeſſionem cõtinet, quis non obligatur literis, ſed ſolum
ducitur probatio, vt l. Publia. in fi. ff. depoſiti. Sed ſi cõtinet p[...]
miſſionem de dando, vel faciendo licet per pactum nudum, tam[...]
ſcriptura tunc dicitur obligare: ⁊ veſtit illud pactum, ſicut veſti[...]
ſolennitate verborum per ſtipulationem. Ita loquitur Inſtitu[...]
litera. obligat. ſed ipſa forma vna cum conſenſu, qui in literis co[...]
tinetur, vt l. non figura. ff. de actio. ⁊ obligat. ¶ Quero, dicitur h[...]
elapſo biennio nullo modo auditur, quid ſi reus vult aſſumere
ſe onus probandi? In hoc ſunt opiniones hic, ⁊ in l. iij. ſ. eod. ⁊
dixi. ⁊ caſus eſt. j. eod. l. aſſeueratio. ¶ Quero quid ſi renuntia[...]
a huic exceptioni, dic vt in d. l. ſi ex cautione. ¶ Quero, † que act[...]
oritur ex iſta obligatione literarum. Quidam dicunt, condictio[...]
hac l. ⁊ Inſtit. de lite. obligat. Tu dic, quãdo certũ venit in obliga-
tione, oritur certi condictio ex literarũ obligatione, ⁊ ſic certi con-
dictio ex ſtipulatione, alias erat quedã actio, que vocabatur actio
ex literarum obligatione, ſicut dicimus de actione ex ſtipulatu.
hanc doctrinam dedi hoc anno perfectiſſime in l. j. ff. de condictio.
3 ex l. ¶ † Quero, quid ſi alias confeſſus eſt coram teſtibus ſe rece-
piſſe, nec inde facta eſt ſcriptura, vtrũ habeat locum hec exceptio
ſic limitata biennio? videtur quod non, quia loquitur ſolum h[...]
vbi interuenit ſcriptura, ibi conſcribuntur, ⁊c. Et iſtud tenet gl. ſ.
cert. peta. l. ſi non ſinguli. Idem tenuit Gul. in l. qui pecuniam. ſ. ſi
cert. pet. Contrarium tenet gl. ſ. de teſti. aut. rogati.

* **§. Sed quoniam.** * Opp. quod poſſit oppo-
exceptio non numerate do-
tis, vt j. ea. l. in fi. de dote cau. non nume. l. fin. Sol. Dicit gl. hic ſunt
due confeſſiones, ibi vna tantum, ⁊ hoc ſatis placet, poſtea decla-
rabo. ¶ Querit gl. vtrum ſint alij caſus, in quibus ceſſet hec exce-
4 ptio. Gl. ponit duos, vide eam. ¶ Gl. querit † quid ſi procurato[...]

fiſci confitetur ſibi pecuniam numeratam, ⁊ ipſe non eſt ſoluendo?
Gl. arguit pro. ⁊ contra. Doc. iſtam contrarietatem determinant
ſic. Aut procurator fiſci fuit confeſſus cum ſolennitate debita, ⁊
tunc non poteſt fiſcus agere cōtra debitorem, ⁊ ita loquuntur iu-
ra allegata pro illa parte, aut ſine ſolennitate debita, ⁊ tunc diſtin-
guitur, vt in gl. an procurator ſit ſoluendo, aut non. ¶ Querit gl.
que eſt ratio differentie inter iſtos caſus, ⁊ illos, qui ponuntur in
principio legis. Dicit gl. principium legis loquitur de eo, qui cō-
fitetur ſibi datum, vel numeratum ex cauſa mutui, hic de eo qui
cōfitetur ex alijs cauſis. ¶ †Sed quero, quare hoc in mutuo? Di-
cit gl. ex frequentia contractus, argumen. ad hoc. ī. de vſu. l. j. Doc.
dicunt aliter, ⁊ melius. In mutuo, debitor† qui querit pecuniam,
de facili fatetur omne inſtrumentum quod creditor vult, ideo fuit
ei magis prouidendum, que ratio ceſſat in alijs contractibus. Si-
mile videtis in mandatario. Simile notatur ſupra, ſi aduerſus cre-
di. l. j. que ratio eſt multum attendēda ad ea, que ī. dicam. ¶ Que-
ro, quid in alijs caſibus a predictis quinque. Breuiter idem quod
in mutuo, quantum ad hoc quod exceptio poſſit obijci tantum in-
tra pauciora tempora, quia intra xxx. dies, vt ī. proxi. §. non habe-
mus alia in gl. ¶ Extra gl. examinemus particulariter iſtos tres
7 caſus hic poſitos. Primo, que †eſt ratio in depoſito. Dicunt qui-
dam, quia depoſitarius non ſuſtinet niſi incommodum ex re depo
ſita. Unde non eſt veriſimile, quod confiteatur ſibi depoſitum, niſi
reciperet. Iſta ratio multum placet, ⁊ hic iſta lex non loquitur niſi
in depoſitario, qui ſcripſit ſe recepiſſe, nec habet locum in depo-
nente, quādo ſcriberet ſibi redditum, licet gl. hic aliter dicat. Di-
cit enim quod hec lex non diſtinguit, ergo nec nos. Sed certe imo
diſtinguit. Dicit enim in inſtrumento depoſitionis, ⁊c. Item ra-
tione predicta concluditur, quod hoc, quod hic dicitur, non ha-
bet locum, niſi quando deponitur ſpecies, vel pecunia ſignata, ſe-
cus ſi pecunia numerata, quia tunc eſſet eadē ratio que in mutuo,
ſcilicet, auiditas recipiendi in debitore, vt l. lucius. ff. depoſi. ⁊ ſem-
per intellige hoc, quando inſtrumentum depoſiti profertur ita ſo-
lenniter, quod fidem faciat, quia ſubſcriptum tribus teſtibus, vt
ī. qui potiores in pignorib. habeantur. in authentica, ſi quis vult
caute deponere. ¶ Uenio ad ſecundum, hic dicitur quod exactor
8 publicus, †qui ſcribit ſe recepiſſe, non poteſt opponere exceptio-
nē non numerate pecunie. Ratio eſt, quia nulla neceſſitas ſibi im-
minet, quare hoc facere debeat, non enim illud ad ſui vtilitatem re
cipit, ⁊ ſic forte videtur idem in quolibet adminiſtratore nomine
alieno, qui ſcriberet ſibi ſolutum eſſe, vt non poſſit hanc exceptio-
9 nem opponere. ¶ Tertius† caſus eſt in eo, qui confitetur ſibi ſo-
lutum poſt dotalia inſtrumenta confecta. Ratio eſt ſecundum gl.
quia ſunt due confeſſiones, quod mihi placet. In prima enim aui-
ditas debitoris querentis pecuniam, videtur ſicut in mutuo, ⁊ ma
ior, ideo alia tempora ſtatuuntur, vt in authen. poſita in l. fina. ī. de
dote cauſ. non numera. ſed in ſecunda confeſſione iſta ratio ceſſat.
Preterea niſi ſecunda confeſſio probaret, eſſet quodammodo abi
re in infinitum, eadem ratione nec tertia, ⁊ ſic de ſingulis. ¶ Et
10 ideo †idem putarem in quolibet contractu, quia ſi fuiſſes cōfeſſus
ex cauſa mutui te habere a me centum, ⁊ poſtea ex interuallo ite-
rum confiteris te habere illa centum, dico quod illa ſecunda con-
feſſio probat numerationem illius pecunie.

11 **§. Super ceteris.** Summatum eſt cū precedentibus. ¶ †Querit gl. ſi oppo
natur hec exceptio intra xxx. dies, quis probabit, ſunt opiniones.
Ueritas eſt quod ſicut quando creditor agit, ſi contra eum oppo
natur, intra biennium ipſe debet probare, vt in l. ſi ex cautione. ſ.
eo. Idem quando contra debitorem excipientem de ſoluto, credi-
tor replicat de nume. pecu. debet ipſe debitor probare. argumen. l.
ante pe. ſ. de probati. Circa iſtam legem dubito, cum regula iuris
ſit quod fauorabiliores ſunt rei quam actores. l. fauorabiliores. de
regulis iuris. l. Arrianus. de actio. ⁊ obliga. quomodo eſt quod ſi
creditor conueniat debitorem, actione ex alio contractu quā mu-
tui ⁊ de alijs rebus quam his que conſiſtunt pōdere, numero, vel
menſura, non poteſt ei obijci exceptio non nume. pecu. vt ſ. l. pro-
xima. ⁊ tamen not. gloſſ. huius l. ſi a debitore, opponitur cautio de
ſoluto creditori, poteſt contra eum obijci hec exceptio intra xxx.
dies, non habita diſtinctione contractuum, vel rerum. Pro mo-
* do dubito, ſed declarabo in l. generaliter. pro nunc cogita.*

a **§. Illo.** Poſt lapſum bienni non poteſt quis creditori de-
ferre iuſiurandum[a] an numerauerit, hoc dicit. Un-
12 de Dyno. hic quod ſi ego faciam tibi hanc poſitionem, quod tu non
numeraſti mihi, quod tu non tenearis huic reſpondere. Gloſſ. tua
videtur velle contra. l. ij. ſ. eo. Ad iſtum text. reſpondeo, quod non
cogitur iurare, ſcilicet, ſi habet iuſtam cauſam recuſandi, alias ſe-
cus, vt habuiſtis in l. generaliter. ſ. de rebus credi.[b] Et ita videtur
ſentire gl. hic ſuper verbo, offerri, ⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Iuſiurandum. De materia an excluſus a probādo
ſit etiam excluſus a ponendo vel deferendo iuramentū, vide Feli.
in rub. de proba. ⁊ in c. licet cauſam. ⁊ in c. ij. eo. tit. Iaſ. in l. iij. §. j. ff.
de iureiur. in repertorio. in verbo, iuramentum. Item circa iſtam
legem in §. ſuper ceteris. quod intra triginta dies poſſit creditor
opponere exceptionem nō numerate pecunie, limita ſingulariter
vt per Pau. in l. tale pactum. in princip. ff. de pact. Item limita vt
non habeat locum in tranſactione, vt per Bal. per tex. in l. intereſ-
ſe. C. de ſolutio.

b ALEX. ¶ De rebus credit. Uide ſing. que ſcripſi circa iſtum tex.
in l. heres abſens. §. j. de iudi.

ALIA LECTVRA.

§. Illo. Quando hec exceptio non poteſt obijci ſuper nu-
meratione, non poteſt iuramētum deferri. h. d. Per
13 iſtum tex. dicunt quidam, †quod poſitioni negatiue reſpondendū
non eſt. Sed falſum eſt, vt l. quidā in iure. ff. de dona. ⁊ ita per Dy.
expreſſum eſt hodie extra de confeſ. cap. ſtatuimus. lib. vj. De hoc
etiam per gl. ſ. de iura. calum. l. fi. §. quod obſeruari. in fi. ma. gl. Et
ratio huius tex. eſt alias vt ī. dicit. ſed ex hac l. videtur diſtingui
opinio poſita in l. ſi ex cautione. ⁊ hac l. in prin. que dicit, quod po-
teſt opponi hec exceptio poſt biennium, reo aſſumente in ſe onus
probandi. Non enim poterat reus probare, cum actor, ſeu is con-
tra quem excipitur, hec exceptio nō teneatur interrogationibus
ſuper hoc factis reſpondere, vt hic dicit gl. Poteſt dici quod hec
lex continet ius nouum. Commune tamen ſecundum quod poteſt
omne iuſiurandum licite recuſari. l. generaliter. ſ. de iureiur. §. ſin-
autem. vide gl. Certe in d. l. generaliter. nihil de iure antiquo muta
tur, vt ea. l. in fine. ⁊ in d. §. ſin autem. Si recte intelligatur, dicitur
quod iuramentum poteſt recuſari ex iuſta cauſa, alias non, ſed de
iure antiquo licite poterat quis recuſare iuſiurandum, ſi dicebat
ſe probare, ⁊ nollebat ſe a probationibus releuari per iuramentū,
vt l. eum qui in princi. ff. de iureiur. Sunt enim quidam adeo timi-
di, quod non iurarent pro magno facto, vt l. fi. circa fi. ſupra, de fi-
de inſtrumentor. ita hic ille, qui habet cautionem de ſoluto, poſt
elapſum tempus poſſet dicere, nolo iurare, quia plene probo, ⁊
idem puto quod eſſet in omni cautione, hic eſt caſus, ⁊ hoc in ſum
ma, ille, qui plene probat, non cogitur iurare. h. d. Sed ſi reus vel-
let facere poſitiones per quas probaret contrarium, licet per me-
dium cogitur reſpondere, ⁊ ſic dicerem, pono quod ſemel mutua-
ſti mihi tantum. Item quod illa vice fuerunt numerata decem, ⁊
nō plura, vt vidiſtis notatum ſ. eo. l. ij. vel ſi ponerem, quod ſi qua
numeratio fuit facta, fuit facta tali tempore, ⁊ loco, ⁊ non erā pre-
ſens, vel nulla numeratio facta fuit. Simile videtis, nā licet quis
tempore litis conteſta. neget vera eſſe, que in libello continentur,
tamen poſtea particularibus poſitionibus, ex quibus veritas li-
belli cōcluditur, quis tenetur reſpondere, vel iurare, ſuper hoc to-
to numeraſti, vel non, tamen ſemper poſitionibus, ꝑ quas ad pro-
bationem deuenitur, reſpondere tenetur.

§. In omni enim. Hec exceptio poteſt opponi quandocunq;, ⁊ denunciari
ei, contra quem opponitur, ſi eſt preſens, ſi eſt abſens, coram iudi-
ce, ⁊ ſi ipſe eſt Officialis, coram Epiſcopo, vel alio iudice compe-
tenti, hoc dicit, ⁊c.

ALIA LECTVRA.

§. In omni. Sufficit quod hec exceptio manifeſtetur omni tempore ei, cōtra quem opponitur,
ſiue preſens, ſiue abſens, vel in dignitate ſufficit ſi coram alio ordi-
nario, vel epiſcopo proponatur, idem in exceptione non numera-
14 te dotis. h. d. vſque ad fi. ¶ †No. ꝙ quando perſona, cui debet fie
ri proteſtatio, non poteſt bene haberi, ſufficit ꝙ fiat coram iudice,
15 ⁊ per iudicem notificetur ei. ¶ †Not. ꝙ paria ſunt, quem non eſſe
preſentem, vel eſſe, ſed cum difficultate poſſe adiri. Super hoc in
fine eſt poſita quedam authē. que quaſi nihil adijcit legi Codicis,
ſed eam declarat.

AVTHENT.

1 ☞ Proteſtatio quando ſuccedit loco actionis, debet in ſcriptis
fieri. ſi loco exceptionis, poteſt fieri ſine ſcriptis.

1 **HAnc autem querelam.** Nota †ꝙ hic videt̃ caſus, ꝙ proteſtatio debet fieri in ſcriptis. Idem
in l. proxi. C. in §. in omni. idē in l. vt perfectius. C. de an-
na. excep. In contrarium videtur caſus ſ. de nego. geſt. l. fi. ⁊ l. ſcire
oportet. §. oportet. ff. de excuſ. tu. Breuiter quedā eſt proteſtatio,
que ſuccedit in locum actionis, ⁊ illa debet fieri in ſcriptis, vt d. l.
vt perfectius. Quedā que ſuccedit loco exceptionis, vel alterius
defenſionis, ⁊ tunc regulariter poteſt fieri in ſcriptis ⁊ ſine. d. l. ſci-
re oportet. ⁊ in d. l. fi. ſ. de neg. geſt. Fallit in exceptione non nume-
rate dotis, vt hac auth. ⁊ §. in omni. hic poſito.

LEX XV.

SI cui. Qui habet obligata bona debitoris, poteſt ex perſona debitoris exceptionem proponere. h. d. Tene menti hanc legem.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Fideiuſſor accedit ciuili actioni.

a **SI cui** [a] Hec exceptio ex perſona debitoris, trãſit
ad creditores. ſiue agant, ſiue conueniantur hypothecaria, ꝛ ad fideiuſſores, ſententia lata con-
tra vnum, alteri nõ preiudicat. h. d. ¶ Ex iſto fine dicit
1 gl. notari † quod fideiuſſor accedat ciuili actioni. Hoc tangit gl. in
l. j. ff. de fideiuſſo. ꝛ in l. ſi ſtipulatus. prima. eo. ti. Pet. videtur circa
hoc dicere multa verba. Dy. ibi breuiter dicit ſic. Quoddã eſt de-
bitum ciuile. quod eſt efficax. vt in eo quod debetur ex ſententia,
tunc ſine dubio accedit fideiuſſor, in toto titu. iudi. ſol. coniuncta l.
Iulia. in prin. ff. de condi. indebi. Quoddam eſt debitum ciuile, cui
obſtat exceptio, ꝛ tunc fideiuſſor ei accedere nõ poteſt. d. l. ſi ſtipu-
latus. §. j. ꝛ gl. ibi poſita. quod intellige cũ effectu. Nam eadem ex-
ceptione tutus eſt fideiuſſor, qua principalis, vt hic, ꝛ in l. tã man-
datori. ſ. eod. Sed predicta intelligo in fideiuſſore. qui ſe obligat
conſtituendo. Cum enim cõſtitutum teneat de equitate pretoria,
quando precedit debitum ciuile tantum, cui obſtat exceptio pre-
toria, non patitur eum aliquo modo obligari, vt l. iij. §. j. ff. de con-
ſti. pecu.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si cui. Vide circa iſtam legẽ. que late ponit Bal.
in l. j. ff. ſol. ma. poſt Alex. ibi. ꝛ an tertius poſſeſſor, qui cauſam nõ
haberet a marito, poſſit opponere hanc exceptionem, vide Bal.
nouel. in tracta. dotis. in x. parte, ꝛ Pau. de Caſt. hic quod non in
contrarium vide Bulg. vbi ſ. pro opini. Pau. de Caſt. ꝛ Bal. no-
uel. optime facit quod dicit Bal. in l. iij. C. qd met. cau. ver. ex pre-
dictis concludo, quod ſequitur Pau. de Caſt. cõſi. ccccxxxvj. ver.
ad vnum tamen aduerte, ꝛ idem quod Bal. in d. l. tenet etiam Cy.
ibi in iij. queſt. poſt Pet. Sed Sali. in d. l. iij. quam legit pro l. j. ali-
ter dicit, vt per eum. Pau. de Caſtr. ibi ſequitur Bal. ꝛ idem con-
cludit Alex. ibi.

LEX XVI.

1 ☞ Iuramentum appoſitum in contractu. poſt renunciationẽ
pecunie. tollit illam exceptionem, licet iurans ſoluens poſſit poſt-
ea repetere.

* **INdubitati** *[a] Hec eſt bona lex. In iuramẽ
a to intelligitur illa tacita condi
b tio. [b] que intelligitur in obligatione principali. h. d. tene
menti hunc caſum. Facit ff. de oper. liber. l. ſi libertus.
1 ¶ † Quero, quid ſi in inſtrumento renunciauit exceptioni non
c numerate pecunie, ꝛ poſtea iurauit [c] ſe non contrauenire? Certe
tunc videtur quod non poſſit iſtam exceptionem opponere, quia
veniret contra iuramentum ſuum. Puto tamen, quod ſi ſoluerit,
poterit repetere. Sicut dicimus in debitore, qui iurauit ſoluere
d vſuras, vt extra de iureiur. c. debitores. ꝛc. [d]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Indubitati. Vide Bal. in l. j. §. j. de ſacr. ſanc. eccle. alle.
hanc l. ad pulchram q.
POMA. ¶ Indubitati. Circa materiam huius tex. vide apoſtil.
quam feci in l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. ꝛ intellige quod
iuramentũ ſapit materiam actus. ſuper quo interponitur, ſcilicet
primordialem, non accidentalem. Ita Are. in c. j. extra de iudi. per
gl. in l. certi condictio. in ver. ex omni. in fi. ſi cert. pet. in c. j. extra de
iudi. quod no. ꝛ per regulam iſtius tex. bene facit tex. in l. ſed ſi poſ
ſeſſori. §. item ſi iurauero, ff. de iureiu. ꝛ quod dicit Ang. in conſil.
cccxiiij. ſ. quod iuramentum non eſt maioris potentie. quã ſit ipſa
virtus promiſſionis. vide etiam ad hoc aliquid per Barb. in cõſi.
xliij. in iij. dubio vol. ij. ꝛ Alex. xxxvij. vol. ij. Et aliqua ad hec p So
cin. conſil. xl. Limita tamen iſtam regulam, quod iuramentum ſe-
quitur naturam rerum, vt non procedat quãdo eſſet preſtitũ per
viam contẽtioſe iuriſdictionis, per no. per Sali. poſt gl. ſecundam
in l. j. in iij. opp. C. de cõfeſ. vbi gl. vult quod exceptio non nu. pecu.
non competat quãdo confeſſio eſſet facta in iudicio, ꝛ Sali. intelli
git fieri. ſ. per viam cõtentioſe iuriſdictionis, in iij. oppoſitione. ibi,
cum iuramentum iudicio equiparet. l. qui iuraſſe. in fi. ff. de iureiu.
equiparetur etiã lit conteſt. l. nam, ꝛ poſtea. §. ſi is qui temporali.
ff. de iureiu. ꝛ ad iſtam l. vide Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. ꝛ
Alex in l. nemo poteſt. in iiij. q. Bar. ff. de lega. j. ꝛ ibi Mod. ꝛ aliqd
per Feli. in c. tertio loco, de preſum. ꝛ in rub. extra de preſc. ꝛ Are.
conſi. xxiiij. ꝛ Ang. Are. in §. idem iuris. Inſti. de excep. in verſicu.
capio quintũ principale. ꝛ Panor. in c. fi. de eccle. edi. ꝛ Alex. cõſi.
lxxxix. vol. ij. vbi tangit, quid iuris quãdo eſſet iuratum re vera nu
meratam eſſe pecuniam, ꝛ Feli. in c. inter monaſterium, de re iudi.
limita etiã hanc l. vt per Iaſ. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. vt non ha-
beat locũ in mercatore cõſitente ſe habuiſſe pecunias mutuo a
aliquo. vide tamẽ Iaſ. ꝛ Alex. in l. ſi cõuenerit. in verſ. quarto mo-
ueor nouo fundamento. ff. de iuriſ. om. iu. vbi facit regula in con-
rium, ꝛ idẽ facit in l. ſi pecuniã. in gl. in verſi. neceſſe. in verſi. ...
git. ff. de cõdi. ob cau. vbi declarat iſtam legẽ non procedere ...
deficit conſenſus. P. PAV. P. ¶ Indubitati. Iuramentum ...
regulatur ſecundum naturam contractus ſuper quo apponitur
quod ſi apponatur ſuper cõtractu nullo, non poteſt illum vali-
re, vt per Barb. conſi. xxiij. vol. j. Et limita regulam huius legis
in iuramẽto implicito, ſecus in explicito, ꝛ ſpecifico. Bal. in c.
in eccleſiarum. de conſtit. Simile habes in c. ex reſcripto cum
notatis extra de iureiu. Itẽ limita, vt per Bar. in l. ſi quis pro eo.
ff. de fideiuſ. Itẽ limita iſtam legem in terminis propriis excep-
nis non nu. pe. non procedere, quando iuramentum eſſet appo-
tum ſuper contractu ſecundum formam Bart. de qua in l. ...
iureiur. Item vide Cremen. ſingulari. cliij. Item quomodo iſta re-
gula procedit. Et quod imo iuramentum non intelligitur ſecun-
dum naturam actus ſuper quo interponitur. Vide omnino ...
Iaſ. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. om. iud. Item quod quando de-
cit conſenſus, vt in iſta lege, iuramentũ nihil operatur. Vide ...
qui late hoc limitat in l. ſancimus. C. de teſta.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Indubitati. Ad intellectum ...
l. vide Bar. in l. ſi quis pro eo. nu. 14. in viij. concluſ. vbi ...
conſenſus totaliter deficiat, vel ſit limitatus certo modo ...
ta conditione, eodem modo intelligatur iuramentum, ...
ſe extendit, niſi vſque quo conſenſum eſt per hanc l. ꝛ idem ...
tur ſentire hic Bal. in princip. xxij. queſt. Vide Alexan. in l. ...
lationes non diuiduntur de verbo. obliga. Item intellige q ...
mentum intelligitur interpoſitum ſecundum naturam ſcilicet pri-
mordialem, non autem ſecundum accidentalem. ita limitat Fran-
ciſ. de Aret. in cap. j. de iudic. alleg. l. item veniunt. §. preterea. ff. de
petit. heredi. ꝛ quod in ſimili vult gloſſ. ꝛ ibi docto. in l. certi con-
dictio. in princip. ff. ſi cert. petat. iſtud etiam intellige niſi eſſet iu-
ramentum iudiciale. ꝛ not. Bald. in l. ij. ff. de iureiurand. Item an
habeat locum hec lex, vbi confeſſio de recepto ſit facta animo
donandi, vide Barto. in l. cum quis. §. Titia. ff. de lega. iij. vbi not.
b ALEX. ¶ Tacita conditio. Hoc limita vt refert Alex. in l. ſi con
uenerit. in prin. ff. de iuriſd. omn. iud.
c ALEX. ¶ Iurauit. Et vide Bal. in l. ſi ex cautiõe. ſ. eo. ꝛ no. Inſt.
de act. §. fuerat. ꝛ vide quod no. Imo. in l. nemo poteſt. de leg. j. ...
in ... clauſula huius legis que ſemper allegatur, vide Bart. in l. ſi
quis pro eo. in verſi. ocauo prohibetur, ꝛc. ꝛ quod dixi poſt Bar.
in l. ſi pecuniam. de condi. ob cauſam, ꝛ vide Pau. de Caſt. conſ.
xj. quod incipit in Chriſti nomine amen, Viſis omnibus, ...
de Bar. in l. ij. C. de reſcind. vend.
d ALEX. ¶ C. Debitores. Et ad intellectum huius tit. de his ...
late Bal. in l. non dubium. ſ. de legibus. ꝛ ibi Bal. alleg. han-
no. plene in c. cum contingat. de iureiurando. vbi querit de ...
verborum.

ALIA LECTVRA.

2 ☞ Iuramentum appoſitum in contractu, quas exceptio-
tollat.
3 Exceptio non numerate pecunie non tollitur, licet confiteatur
recepiſſe, non ſpe future numerationis.

INdubitati Conditio que tacite ineſt, in-
ligitur in iuramento ſuper ...
cõtractu interpoſito. h. d. Vides hic quod ex modo p-
ſtationis iuramenti inducitur differentia, nõne hoc ...
contra caſum in aut. ſacramenta puberum. ſ. ſi aduer. vend. ꝛ in
2 cum contingat, extra de iureiur.? Reſpondeo. Quedam † ſunt ex-
ceptiones, ſeu defenſiones, que competunt de preſenti, vel de pre-
terito, ꝛ iſte poſſunt tolli iureiur. non ſimpliciter ſed ſecundum ...
que plene tractaui in l. ſi quis pro eo. in prin. ff. de fideiu. Quedam
ſunt exceptiones, que competunt. quia promiſſa poſt contractum
non ſeruantur, ꝛ iſte iureiu. non tolluntur, quia in iuramẽto ineſt
illa cõditio, ſi promiſſa ſeruãtur, ſicut in principali obligatione, ...
hic. Idẽ ſi aliquis caſus obueniret, ex quos de nouo pararet exce-
3 ptio, vt l. ſi. qui ſatiſ. cog. ꝛ ad mu. l. ſi. in prin. ¶ † Sed quero, quid
ſi in inſtrumento continetur, quod Titius fuit confeſſus non ſpe
future numerationis? Certe ſi iuramentum non interueniſſet ...
tolleretur hec exceptio, vt dixi in l. ſi ex cautione, ſ. eo. ſed ſi inter-
uenit iuramentum, dubito.

De compenſationibus. Rubr. XXXI.

¶ Continua vt in gl. Dictum eſt ſ. de quibuſdam exceptionibus,
a hic annectit Rubricam de compenſationibus. [a]

ADD